

MONUMENTA INEDITA
RERUM GERMANICARUM
PRAECIPUE
BREMENSIIUM.

Ungedruckte

zur

Historie

des Landes und der Stadt

Bremen,

auch angränzender Dörfer,

gehörige

Nachrichten, Documente

und

Urkunden,

gesammelt und nun zuerst ans Licht gestellt

von

Johann Voigt,

Pastor am Königlichen Dom in Bremen.

Des ersten Bandes sechstes und letztes Stück.

Bremen,

Gedruckt in der Janischen Buchdruckerei, 1743.

Inhalt

des sechsten und letzten Stück's:

- I. Monumenta inedita Historiam
Comitum Oldenburgensium illu-
strantia 502
enthalten XIV. bisher ungedruckte Di-
plomata,
- II. Monumenta inedita Historiam
Familiarum Equestrium Archiepi-
scopatus Bremen. & Verdn. illu-
strantia 527
enthalten XXX. bisher ungedruckte
Diplomata,
- III. Monumenta inedita Historiam
Familiarum emortuarum Archi-
episcopatus Bremensis illnstrantia 583
enthalten XVI. bisher ungedruckte
Diplomata,
- IV. Register der merkwürdigsten
Sachen des ersten Bandes. 615



MONUMENTA INEDITA

Historiam

COMITVM

OLDENBURGENSIUM

ILLVSTRANTIA.

M m

Bor

Vorbericht.

Fur Erläuterung der Genealogie, und überhaupt der Historie derer Grafen in Oldenburg, haben wir bereits im Ersten Stück p. 32. u. f. XIV. vorhin ungedruckte Urkunden, abdrucken lassen; welchen wir anjetzo eine gleiche Anzahl beifügen.

- I. HILDEBOLDI, Domicelli in Oldenburg, diploma, quo bona quædam Conventui in Bersen, pro XXXV. Marcis, pignoris loco obligat. A. 1285
- II. HILDEROLDVS, Comes in Oldenburg, personas quasdam titulo Concambii cum Ecclesia Bersensi permutat. A. 1288
- III. OTTO & JOHANNES, Comites in Oldenburg, testantur, Nicolaum, Liborium, Gerhardum & Olmannum de Brema, Fratres, uxorem Friderici de Dotelingen, quæ ipsorum fuit propria, una cum omnibus suis pueris, resignasse Claustro in Hilgenrode, A. 1289. Mit dieser und der vorhergehenden
Ure

Urkunde kan man diejenigen vergleichen und zusammen halten, welche Herr **Josachim Potgieser**, von dessen Leben und Schriften der Herren **Menschen Bibliothecque gelehrter Soldaten** p. 370. u. f. nachzulesen, in der Mantissa Chartarum ineditarum ad Commentarios de Servis Germanorum, in Lemgau von dieser Materie 1734. in 4 ans Licht gestellet.

IV **HILDEBOLDI**, Comitis, Charta, qua domum in *Gestle* obligat Clauastro in *Hilgenrode* in recompensam damni, quod intulerat dicto Clauastro, A. 1290

V *Ejusdem* Charta, qua confirmat & approbat, quod *Conradus de Hulste*, *Conradus Promoldi* & *Gerhardus de Leste* obligaverunt Clauastro in *Hilgenrode* duas partes decimæ in *Machtenstede*, A. 1290

VI **OTTONIS**, Comitis in *Oldenburg*, Charta, qua testatur, *Herbordum de Falckenrode* vendidisse Clauastro in *Hilgenrode* domum in *Ippenerde*; simul etiam proprietatem dictæ domus, ad se pertinentem, Clauastro confert. A. 1291.

VII *Ejusdem* Charta, qua confirmat venditionem domus in *Dalselte*, factam Monasterio in *Hilgenrode* ab *Hildeberto*, Milite, dicto *Drake*. A. 1291.

- VIII. *Ejusdem Charta, qua confirmat venditionem unius quadrantis in Brockhuchtingen, factam Monasterio in Hilgenrode ab Eilardo & Famulo, qui dicitur Stere. A. 1291*
- IX. *Ejusdem Charta, qua testatur, Winandum dictum de Hyddenbagen, vendidisse cum suo & fratris Mauriti Consensu Monasterio in Hilgenrode duos quadrantes, sitos in Stura. A. 1293.*
- X *Ejusdem Charta, qua Materteræ suæ, Abbatissæ in Bersen, bona quædam resignat in recompensationem, quod duas suas filias, Juddam & Agnetem, vestes & alia procurando ad Claustrum Quedlinborck perduxerit. A. 1294*
- XI. MAVRITII, Comitis de Oldenburg, Canonici in Brema, Conventio cum Claustro in Hilgenrode super Advocatiam bonorum quorundam, exceptis pullis judicialibus, qui dicuntur Gobönre, A. 1294
- XII. MAVRITII, Canonici in Brema, & OTTONIS, Comitum in Oldenburg, Charta, qua testantur Winandum, dictum de Hyddenbagen, vendidisse Claustro in Hilgenrode quadrantem in Stura situm pro XVI. Marcis, altero dimidio sextone minus, A. 1295.

XIII. HILDEBOLDI, Comitis de *Oldenburg*,
Charta, qua protestatur, discordias, inter
Claustrum *Bersen* exortas & se, amicabili-
ter fuisse compositas, A. 1295.

XIV. OTTONIS, Comitis in *Oldenburg*, Charta,
qua confirmat venditionem duorum Vi-
rorum in *Steinbeke* pro V. Marcis, factam
Claustro in *Hilgenrode* ab *Herbordo de Fal-*
kenrode, qui loco *Concambii* ab dicto
Claustro recepit duas mulieres, A. 1296.

itio-
gen,
ardo

n di-
suo
io in
tura.

atifi-
re-
lias,
ran-
erit.

ano-
o in
rum
bus,

OT-
urta,
Hyd-
lgen-
pro
mi-

XIII.

I.

HILDEBOLDVS, *Domicellus in Oldenburg, bona quaedam Conventui in Bersen pro XXXV Marcis, pignoris loco, obligat A. 1285.*

(*Ex Membran. Original.*)

HILDEBOLDVS, Dei Gratia nobilis Domicellus * de Oldenburg, omnibus praesentia vituris salutem. Scire cupimus universos, quod nos bona nostra, scilicet Advocatiam curiae in Oetmunde, curiae in Lore, curiae in Henstede, domum Henrici de Loge, Christiani, Johannis filii, Eiliken, Willekini, in Henstede commorantium, & Waberti junioris in Halstede, Dominae Abbatissae & Conventui in Bersen, pro XXXV. Marcis, Bremensis argenti, titulo pignoris

*) *Domicellus*. Diesen Titel haben die Grafen in Oldenburg und Delmenhorst vielfältig geführt, und sich in ihren Briefen Domicellus genannt. Er kommt auch auf ihren Sigillis mehr, als einmahl, für v. Herm. Sameimanns Oldenburgische Chronica. p. 90. 144. Ob aber auch die regierende Grafen selbst diesen Titel ge-

braucht haben, oder ob nur solcher denen graflichen Kindern, und denen Brüdern eines regierenden Herren sey bengelegt worden? stehet zu untersuchen. Dis letztere scheidet Samelmann p. 139. und auch Antonius Matthaeus in seinem fürtrefflichen Werke de Nobilitate p. 1035. u. f. zu behaupten.

ris obligavimus. Promittentes bona fide, quod nos, sive Advocati nostri, ipsum Conventum in dictis bonis non debebimus offendere, vel molestare, tam diu, donec memorata bona pro XXXV. Marcis redimere valeamus, volentes, ut Ecclesia pacifice & quiete a nobis & nostris Officialibus sine ulla inquietatione bona possideat sæpe dicta. Et ne alicui videatur frivolum & inane præsens scriptum, dedimus sigilli nostri munimine roborari. Datum *Drakenburg* Anno Dni. MCCLXXXV. Feria sexta in die *Innocentii*.

II.

HILDEBOLDVS, Comes de Oldenborg,
*Personas quasdam titulo Concambii cum
 Ecclesia Bersensi permutat.*

A. 1288.

(*Ex Membran. Origin.*)

HILDEBOLDVS, Comes dictus de Oldenborg, omnibus hanc literam visuris salutem in Domino. Noverint universi & præsentium tenore firmiter protestamur, *Helteburgim*, quondam uxorem *Alberonis*, & *Ermegardim*, uxorem *Alvardi* in *Borstolde*, a debito & jure Advocatiæ nostræ in speciale jus, & in bona specialia Ecclesiæ in *Bersen*, titulo concambii esse permutatas legitime, secundum jura pristina Ecclesiæ

M m 4

ejus-

ejusdem in *Bersen* & consuetudines hactenus observatas. Volumus igitur prædictas foeminas, & eorundem pueros, ortos & oriundos, ab omni impetitione Advocatiæ & cetero, a nobis & heredibus nostris penitus supportatas esse & solutas. In cujus rei testimonium præsentem paginam Sigilli nostri munimine fecimus roborari. Testes vero sunt *Rudolfus* Miles de *Clencok*, Dominus *Nicolaus*, Officialis Ecclesiæ & Abbatissæ in *Bersen*, *Nicolaus* de *Horne*, Famulus & alii quam plures. Datum anno ab incarnatione Domini MCCLXXXVIII. die sanctæ *Agnæ* Virginis & Martyris.

III.

OTTO & JOHANNES, Comites in Oldenburg, testantur, Nicolaum, Liborium, Gerhardum & Oltmannum de Brema, Fratres, uxorem Friderici de Dotelingen, quæ ipsorum fuit propria, una cum omnibus suis pueris, resignasse Claustro in Hilgenrode. A. 1289.

OTTO & JOHANNES, Dei Gratia Comites in Oldenburg, universis præsentia visuris salutem. Noverint universi præsentia inspecturi, quod in nostra præsentia constituti *Nicolaus*, *Liborius*, *Gerhardus* & *Oltmannus*, Fratres de Brema, uxorem *Friderici* de *Dothelingen*, *Tbitburgis*

burgis nomine, quæ ipsorum erat propria, cum consensu hæredum ipsorum, in manus Præpositi & Monialium Clauſtri in *Hilgenrode*, cum omnibus suis pueris, libere resignarunt; pro qua quidem uxore dicti *Friderici*, Præpositus dicti Clauſtri, cum consensu omnium Monialium, in manus ipsorum quandam mulierem in *Machtenſtede*, quæ *Witburgis* vocatur, in permutationem resignarunt, pro qua venditione & permutatione idem Præpositus tres marcas, uno fertone minus, addidit *Bremensis* ponderis & argenti. Testes autem hujus rei sunt *Abele de Brema*, *Gerlacus de Oldenburg*, *Oltmannus de Beverbeke*, *Henricus Moilike*, *Henricus de Line*, *Milites*. *Helmericus* dictus *Grans*, *Rubertus*, *Gerhardus* & *Thetbardus*, fratres *Braven* dicti & *Martinus*, dictus *Osbrant*, *Burgensis Bremensis* & alii fide digni. In signum autem hujus facti Sigilla nostra duximus apponenda. Datum Anno Domini MCCLXXXIX, in die *Lamberti* Episcopi.

IV.

HILDEBOLDVS, *Domicellus de Aldenburg*, domum in *Gestle* obligat Clauſtro in *Hilgenrode* in recompensam damni, quod intulerat dicto Clauſtro.

A. 1290.

Universis hoc scriptum intuentibus **HILDE-**
Mm s **BOL-**

BOLDVS, Domicellus de *Aldenburg*, salutem in Domino. Noveritis, quod nos obligavimus honorabili Viro, Præposito & Monialibus Clauſtri in *Hilgenrode*, *Bremensis* Diœceſis, domum unam ſitam in *Gestle*, quam colit *Tankerus*, pro quindecim Marcis *Bremensis* argenti & ponderis, in recompensam damni, quod intulimus dicto Clauſtro in *Veine*; ea tamen conditione, quod Nos & heredes noſtri ipſam domum redimere poterimus pro eadem ſumma pecuniæ, quandocumque nobis videbitur expedire. Durante autem dictæ obligationis tempore, Præpoſitus & Moniales dicti Clauſtri recipere debent ad uſus ſuos, quæcunque de præfata domo potuerunt provenire. In cujus rei teſtimonium Sigillo noſtro roboravimus præſens ſcriptum. Datum *Bremæ* Feria tertia poſt Purificationem beatæ *Mariæ*. Anno Domini MCCXC.

V.

HILDEBOLDI, Domicelli in *Oldenburg*, Charta, qua confirmat & approbat, quod *Conradus de Hulſte*, *Conradus Vromoldi* & *Gerhardus de Leſte* obligaverint Clauſtro in *Hilgenrode* duas partes Decimæ in *Machtenſtede*.

A. 1290.

HILDEBOLDVS, Domicellus in *Oldenburg*, omnibus præſens ſcriptum intuentibus ſalutem

ludem in Domino. Noveritis, quod constituti coram nobis *Alexander*, filius *Christiani* de *Hulste*, *Lutgardis* mater sua, *Conradus* *Vromoldi*, Miles, & *Gerhardus* de *Leste*, recognoverunt publice, quod obligaverunt nomine omnium heredum & amicorum suorum honorabili viro, Præposito & Monialibus Clauſtri in *Hilgenrode*, *Bremenſis* diœceſis, duas partes decimæ in *Machtenſtede* cum omnibus ſuis attinentiis, pro viginti ſex Marcis, *Bremenſis* argenti & ponderis, ea tamen conditione, quod infra duos annos continuos redimere non debent, ſed deinde redimendi facultatem habebunt liberam pro eadem ſumma pecuniæ, quolibet anno, in Feſto Cathedræ *S. Petri*; Et cum redemerint, tunc nihilominus Præpoſitus & Moniales Clauſtri prædicti per duos annos continuos prædictas duas partes præfatæ Decimæ, cum omnibus ſuis pertinentiis, emtionis titulo poſſidebunt. Præterea memorati Viri, *Alexander*, *Lutgardis*, *Conradus* & *Gerhardus* firmam præſtabunt *Warandiam* in duabus partibus decimæ jam dictæ, quam ſi non præſtaverint, nec præſtare poterint iſtis Præpoſito & Monialibus; tunc in recognitionem & certitudinem obligaverunt eiſdem duos manſos, ſitos in *Weje*, qui dicuntur *tothen Wittenſe*, de conſenſu & voluntate noſtra nam ipſorum ad nos ſpectat collatio. Et hos quidem manſos Præpoſitus & Moniales dicti Clauſtri, ſi impedimentum aliquod in prædicta decima ſuſtinere deberent, cum omnibus ſuis pertinentiis

inentiis tam diu possideant, donec ipsa decima fuerit disbrigata. Et quidem prædictas obligationes, tam decimæ quam mansorum, recepit a prædictis *Godescalcus*, dictus *Friso* *) civis *Bremensis*, loco tutoris, nomine & vice Præpositi & Claustrî prædicti, in quorum omnium testimonium nostro, *Conradi Vromoldi* Militis, & *Godescalci Frisons*, prædictorum, Sigillis præsens Litera communita est. Præsentes aderant *Vromoldus Pannicida*, *Marquardus* & Filius suus *Hardgerus* & *Henricus de Verda*, *Ludovicus* filius, *Rudolphi de Verda* **) Cives *Bremenses*

*) Dieser *Godescalcus Friso* ist eben derjenige, welcher in der Dom-Kirche zu Bremen einen Altar fundiret hat. Der schwarze Marmorstein, 5 Fuß lang und 3 Fuß breit, welcher selbigen be-

decket hat, ist annoch darinnen zu sehen mit dieser sehr zierlich eingehauenen Schrift: Anno Dni 1294. in Octava Sti Michaelis *Godescalkus* dictus *Friso* Civis *Bremensis* fundavit istud Altare.

**) Die Familie der von *Verden* ist ehedessen in *Bremen* sehr ansehnlich gewesen, und haben aus derselbigen den *Raths-Stul* bekleidet:
Rudolphus 1256. 64.
Hoyco 1256
Conradus 1258. 62. 68.
Hartgerus 1263. 66.
Ludewicus 1285. 91.
Hartgerus 1291. 92.
 94. 95. 98. 1300.

Conradus 1292. 96. 99

1300. 1304.

Otto 1293. 97. 1301.

Daß aber *Raths-Herren* in alten Urkunden nur bloßhin *Cives* genennet werden, kommt daher, daß die *Titulatur*, nach der *Simplicitæt* der damahligen Zeiten, selten anders gebrauchet worden, als wann die Briefe unter dem *Stadt-Siegel* ausge-

*menses & alii quam plures fide digni. Datum
Breme Feria V. post Purificat. beatæ Mariæ Vir-
ginis. Anno Domini MCCXC.*

VI.

*OTTO, Comes in Oldenburg, testatur, Her-
bordum de Valckenrode vendidisse Clau-
stro in Hilgenrode domum in Ippenerde;
ipse autem proprietatem dictæ domus, ad se
pertinentem, Claustro confert.*

A. 1291.

OTTO, Dei gratia Comes de Oldenburg,
omnibus præsens scriptum visuris la-
ludem in Domino. Notum facimus uni-
versis præsentibus & futuris, quod *Herbordus*,
dictus de *Falckenrode*, filius *Alberonis*, Militis, di-
cti de *Brema*, cum consensu ejusdem *Alberonis* Pa-
tris sui, & omnium hæredum utrorumque, *Ludol-
fo* Præposito & Sanctimonialibus, Claustrum in *Hil-
genrode*, domum *Hemmeconis* in *Yppenerde*, cum
hominibus & cum omnibus pertinentiis ejus-
dem domus, pro viginti tribus Marcis, *Bremen-
sis* argenti & ponderis, vendidit jure perpetuo
possidendam; & eadem domus ab omni Ad-
vocatia

gangen, und die Herren
wirklich in der Re-
gierung gestanden. Da
sie in der Zwischen-Zeit
als Privati und Cives ges

achtet worden; Immaß
sen sie auch jezuweilen nur
bloß Burgentes genennes
werden. D. H. P.

vocata & exactione penitus libera est, & exempta. Nos autem proprietatem prædictæ domus, cum ad Nos pertineat, ad petitionem prædicti *Herbordi* & instinctu pietatis, Præposito & Sanctimonialibus prædictis, in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti conferimus liberaliter in his scriptis. Testes autem, qui prædictæ venditioni interfuerunt, sunt *Tethardus* Prior, & *Ludolphus* Cellerarius, & *Martinus* dictus *Flecksbild*, *Gerlacus* de *Oldenborg*, *Volquinus* dictus *Cortelang* & *Geltmarus*, Milites. *Wilbrandus* nobilis, dictus de *Brockbusen* & *Halremund*, *Helmericus* dictus *Grans*, & *Henricus* dictus *Bernere*, Famuli; & alii quam plures Milites & Famuli fide digni. In cuius rei testimonium Sigillum nostrum præsentibus duximus apponendum. Et Nos *Albero* Miles, & *Herbordus*, Filius meus, prædicti, plenam Warrantiam præstabimus Præposito & Claustro prædicto de domo prædicta, & Sigilla nostra, una cum Sigillo Domini nostri Comitis prædicti, præsentibus literis apposuimus in testimonium præmissorum. Datum in *Delmenhorst* anno Domini MCCXCI, in die *Valentini* Martyris.

VII.

OTTO, Comes in Oldenburg, confirmat
*venditionem domus in Dalselte, factam Mo-
 nasterio in Hilgenrode ab Hildeberto,
 Milite, dicto Drake.*

A. 1291.

OTTO, Dei gratia Comes de Oldenburg, o-
 mnibus præsens scriptum visuris seu audi-
 turis salutem in Domino. Notum facimus
 univrsis præsentibus & posteris, quod *Hade-
 bertus*, Miles, dictus *Drake*, & *Jobannes* gener
 suus, una cum consensu Hæredum suorum, *Lu-
 dolpbo* Præposito & Sanctimonialibus in *Hilgen-
 rode*, mansum unum, vel domum, in *Dalselte*,
 cum terris duorum mansorum, seu domorum,
 quos vulgus appellat *Echtwort*, cum omnibus
 pertinentiis suis, tam in pratis, quam in ne-
 moribus & agris, pro quindecim marcis, *Bre-
 mensis* ponderis & argenti, vendiderint; & ea-
 dem domus, cum duabus suis *Echtwort*, non dat
 nisi meediatatem decimæ *Bladi*, seu avenæ, &
 a decima minuta, quæ datur in animalibus &
 aliis, est omnino absoluta. Est autem eadem
 domus libera & omni carens advocatia & ab
 omni exactione qualibet est exempta. Si for-
 te Præposito & Monialibus prædictis in ea-
 dem domo impetitio, seu impugnatio, de pro-
 prietate & Advocatia, de decimis, vel de quo-
 cunque

cunque alio, occurreret, *Hadebertus* Miles & *Johannes* prædicti, una cum amicis suis, plenam *Warandiam* præstabunt de præmissis, quancumque ab iisdem fuerint repuisiti. Testes autem, qui prædictæ venditioni interfuerunt, sunt *Martinus Fleckeschild*, *Volquinus* dictus *Cortelang*, *Johannes* dictus de *Croge*, Milites; *Ericus*, ejusdem *Hadeberti* nepos, *Johannes* dictus *Stuve*, *Ernestus Theloniarius*, famuli, & alii quam plures de familia nostra. Facta est etiam emtio prædicta coram omnibus parochianis in *Hasbergen*. In cujus rei testimonium Sigillum nostrum duximus præsentibus apponendum. Datum in *Delmenhorst*, sequenti die post Festum *B. Matthie* Apostoli. Anno Domini *MCCXCI*.

VIII.

OTTONIS, Comitis in Oldenburg, Charta, qua confirmat venditionem unius quadrantis in Brockhuchtingen, factam Monasterio in Hilgenrode ab Eilardo & Famulo, qui dicitur Stere. A. 1291.

Omnibus, præsens scriptum visuris, *OTTO*, Dei Gratia Comes de *Oldenburg*, salutem in Domino. Notum facimus universis, quod *Eilardus*, & Famulus, qui dicitur *Stere*, & uxor ipsius, una cum consensu omnium Heredum suorum, *Ludolpho* Præposito & Monialibus in
Hilo

Hilgenrode unum quadrantem in *Brockbuchtingen* pro decem Marcis, *Bremensis* argenti, cum omnibus pertinentiis ipsius, jure perpetuo possidendum vendiderunt. Et idem *Eilardus* & prædictus *Stere* eundem quadrantem prædicto Præposito, ad manus prædictarum Monialium, coram nobis libere resignarunt. Testes autem, qui præsentés erant, sunt *Ludolphus* de *Clabolte*, *Johannes* dictus de *Croge*, *Borchardus* dictus de *Gestorpe*, Milites; *Bernhardus*, *Volquinus* dictus de *Rusche*, *Nicolaus* dictus *Daveborn*, *Johannes* dictus *Slichtig*, Famuli. In cujus rei testimonium præsens scriptum Sigillo nostro fecimus consignari. Actum & datum Anno Domini MCCXCI. proxima secunda feria ante festum beati *Galli*.

IX.

OTTONIS, Comitis de Oldenburg, Charta, qua testatur, Winandum, dictum de *Hydenhagen*, vendidisse, cum suo & fratris *Mauritii* consensu, Monasterio in *Hilgenrode* duos quadrantes, sitos in *Stura*.

A. 1293.

OTTO, Dei gratia Comes de *Aldenburg*, omnibus præsens visuris, seu audituris, salutem in Domino sempiternam. Ne ea, quæ

N a

ge.

geruntur in tempore, simul cadant cum tempore, necesse est, ut fide testium & scriptorum testimonio ipsa perennentur. Hinc est, quod dominus *Winandus*, dictus de *Hyddenhagen* & uxor sua, & veri heredes eorundem, in nostra præsentia, in Castro nostro *Delmenhorst*, constituti vendiderunt domino *Ludolpho* Præposito *S. Mariæ* & Claustro in *Hilgenrode* & Conventui ibidem, duos quadrantes, sitos in *Stura*, pro quadraginta quatuor Marcis, *Bremensis* ponderis & argenti; unum liberum a decima & advocatia, & dimidius habet decimam & advocatiam. Et hæc facta sunt cum nostro & fratris nostri, Domini *Mauritii*, consensu pleno, & voluntate; adjecta tali conditione, quod Nos prædictos quadrantes infra octo annos post annum proxime venturum possimus reemere pro pecunia præscripta. Si vero infra præscriptum tempus dictos quadrantes non reemerimus, Dominus Præpositus prænominatus ac suum Claustum ipsos perpetuo quiete possidebunt. Ut autem hæc venditio, coram nobis rite & laudabiliter peracta, rata permaneat & inconvulsa, præsens scriptum subscriptione testium, & nostri Sigilli, ut & Sigilli fratris nostri præfati, munime fecimus roborari. Testes, qui præsentibus aderant, fuerunt Dominus *Albero de Stelle*, tunc temporis Dapifer, Dominus *Johannes de Croge*, Dominus *Ericus de Line*, Dominus *Martinus Fleckeschild*, Milites, *Henricus* dictus *Berner*, *Helmericus* dictus *Grans*, Famili,

muli, & alii quam plures Milites & Famuli.
Datum & actum *Delmenhorst*, Anno Domini
MCCXCIII.

X.

OTTO, Comes in Oldenborch, Materteræ
sue Abbatissæ in Bersen, bona quædam re-
signat in recompensationem, quod duas suas
filias, vestes & alia procurando, ad Clau-
strum Quedlinborch perduxerit.

A. 1294.

OTTO, Dei gratia Comes in Aldenborch,
omnibus præsentia visuris salutem in
Domino sempiternam. Gesta solemniter de-
let oblivio, nisi fulciantur testimonio scriptu-
rarum. Notum igitur esse cupimus universis,
quod nos, accedente consensu fratris nostri
Domini *Mauriti*, *Bremensis* Ecclesiæ Canonici,
nec non & duorum filiorum nostrorum, *Johan-
nis* & *Christiani*, & omnium heredum nostro-
rum, dilectæ Materteræ nostræ, *Dominæ Sopiæ*
Abbatissæ & Conventui in *Bersen*, domum no-
stram in *Utzinghusen*, cum proprietate & homi-
nibus jam dictæ domui adhærentibus, & cum
pertinentiis ipsius jure perpetuo relinquimus
libere possidendam. Fecimus autem resigna-
tionem prædictæ domus in recompensationem
illius, quod jam dicta Abbatissa sub expensis

Claustri sui duas filias nostras dilectas, *Iuttam* scilicet & *Agnetem*, vestes & alia necessaria eis procurando, ad Claustrum in *Quedelighorch* Domino desponsatas honorifice perduxit &c. &c. Acta sunt hæc Anno Dni MCCXC. quarto. Datum in *Delmenborst* in crastino circumcisiōnis Domini.

XI.

MAVRITII, *Comitis de Oldenburg*, *Canonici Bremensis*, *conventio cum Claustro in Hilgenrode super advocatiam honorum quorundam, exceptis pullis judicialibus, qui dicuntur Gohönre.*

A. 1294.

Om̄nibus, præsens scriptum visuris, seu audituris, MAVRITIVS de *Aldenburg*, Dei Gratia *Canonicus Ecclesiæ Bremensis*, salutem in Domino. Cogitantibus nobis, qualiter *Advocatiam* ordinaremus circa bona Claustrum in *Hilgenrode*, quæ in villa nostra in *Stura* sita sunt, quæ etiam nostræ *advocatiæ* sunt subiecta, ut rationale videre posset, & ut dictum Claustrum *Advocatiæ* nostram propter Deum sentire posset plus, quam antea fuerat, mitigatam Convenimus ergo cum *Ludolpho Præposito* dicti Claustrum in hunc modum, quod idem *Præpositus*, aut alter, qui loco ipsius fuerit,

fuerit, ex parte prædicti Clauſtri pro tredecim quadrantibus & dimidio, ſitis in *Stura*, qui noſtræ ſublunt Advocatiæ, pro omni jure ſimpliciter, quod per Advocatiam ab ipsis extorquere poſſemus, exceptiſpullis noſtris judicialibus, qui in vulgari dicuntur *Gobönre* *) ſingulis annis dabit quinque *Marcas*, *Bremenſis* argenti, in Feſto beatorum Apoſtolorum *Philippi & Jacobi*, perſolvendas, & prædicta penſione contenti erimus pro omni jure prædictorum quadrantum ex parte Advocatiæ noſtræ, quam diu vixerimus, & dictam Advocatiam obtinuerimus, vel quam diu in noſtra poſſeſſione remanebit. Prædictam autem ordinationem pro eo fecimus, ut bonorum operum, quæ in dicto Clauſtro ſiunt, participes eſſe valeamus. In cujus rei teſtimonium præſens ſcriptum Sigilli noſtri robore fecimus conſignari. Actum & datum Anno ab incarnatione Domini MCCXCIV.

Nn 3

XII.

*) *Gobönere*. Cenus Gallinarum, qui adhuc uſu ſervatur, ſatis eſt antiquus. *Gallinagium* & *Gallinium* dicitur infimæ Latinitatis ſcriptoribus. Germanice *Zins-Hubn*,

Leib-Hubn, *Rauch-Hubn*, *Haupt-Hubn*. A tempore, quo iſtæ Gallinæ præſtabantur, das *Pfingſt-Hubn*, *Faſtnachts-Hubn*, *Sommer-Hubn*, *Herbſt-Hubn*.

XII.

MAVRITII, *Canonici in Brema*, & OTTONIS, *Comitum in Oldenburg*, *Charta, qua testantur, Winandum, dictum de Hydennagen, vendidisse Claustro in Hilgenrode quadrantem in Stura situm, pro XVI Marcis, altero dimidio fertone minus.*

A. 1295.

MAVRITIVS, Dei gratia, Majoris Ecclesiæ in Brema Canonicus, & OTTO, Fratres, Comites de Oldenburg, omnibus hoc scriptum visuris salutem in Domino sempiternam. Notum facimus universis, tam præsentibus quam futuris, quod *Winandus*, Miles dictus de *Hiddenhagen*, in nostra constitutus præsentia, cum consensu uxoris suæ ac Heredum suorum legitimorum, vendidit Domino *Ludolpho*, Præposito de *Hilgenrode*, integrum quadrantem in *Stura* situm, pro sedecim Marcis, altero dimidio fertone minus, *Bremensis* ponderis & argenti, tali interposita conditione, quod Nos dictum quadrantem, si reemere voluerimus, infra octo annos reemendi habebimus facultatem pro pecunia prætaxata; Si vero talem reemtio- nem infra præscriptum tempus neglexerimus, dictus Præpositus, ac Conventus suus in *Hilgenrode*, præscriptum quadrantem perpetuo libere

re possidebunt, & quiete. Item *Winandus*, miles supradictus & sui heredes, Præposito & Conventui præscripto, plenam præstabunt *Warrantiam* super quadrantem sæpe dictum, si aliquis ipsum vellet usurpare. Ut autem hæc emptio coram Nobis rite & laudabiliter peracta rata maneat & inconvulsa, præsens scriptum subscriptione Testium & nostris Sigillis iussimus consignari. Testes, qui aderant, fuerunt *Albero*, miles, dictus de *Stelle*, *Martinus* dictus *Fleckeschild*, *Jobannes* dictus de *Croge*, *Geltmarus*, Milites; *Helmericus Grans*, *Hermanus*, *Nicolaus de Kimmene*, Famuli; & alii quam plures, Milites & Famuli. Datum in *Delmenhorst* Anno Dni MCCXCV. Feria tertia post Circumcisionem Domini.

XIII.

HILDEBOLDI, Comitis de Oldenborg, Charta, qua protestatur discordias, inter Claustrum Bersen, & se exortas, amicaliter fuisse compositas.

A. 1295.

(*Ex Membran. Origin.*)

HILDEBOLDVS, Dei Gratia Nobilis de *Altenburch*, omnibus Christi Fidelibus salutem in Domino. Tenore præsentium literarum

Nn 4

rarum

rarum duximus firmiter protestandum, quod discordia, inter Claustrum *Bersen* & nos aliquo tempore versa, proborum virorum mediante consilio & auxilio est ad pacis concordiam sub tali forma amicabiliter reformata: videlicet, quod curiam in *Ochtmunde* & curiam in *Love*, curiam in *Henstede*, *Alberici* domum in *Loghe*, *Christiani*, *Johannis* filii, *Eliken Willekini* in *Henstede*, & *Wemberti* junioris, in *Halsted*, pro XXXV. Marcis, *Abbatissæ* & *Conventui* pridem impignoravimus, eadem bona pro damno illato, titulo pignoris, iterum obligavimus pro XXX. Marcis, sine impedimento nostro, seu nuntiorum nostrorum, libere possidenda, donec pro LX. quinque Marcis pecunia simul computata, per Nos, seu per nostros heredes, redimere valeamus. In cujus rei testimonium nostro Sigillo roboravimus præsens scriptum, datum in *Brochusen*, anno Dni MCC. Nonagesimo quinto, in *Vigilia Jacobi*. Testes sunt venerabilis vir *Abbas de Scinna*, *Abbas de sacro Monte*, *Dominus Johannes Friso*, *Marquardus Haub*, *Gerhardus de Linten*, *Henricus de Staphorst*, *Milites*, *Gerhardus de Staphorst*, & alii plures fide digni.

XIV.

OTTONIS, Comitis in Oldenborg, Charta, qua confirmat venditionem duorum virorum in Steinbeke pro V. Marcis, factam Claustro in Hilgenrode, ab Herbor- do de Falckenrode, qui loco Concambii ab dicto Claustro recepit duas Mulieres.

A. 1296.

OTTO, Dei Gratia Comes de Oldenborg, omnibus præsentiâ visuris, seu auditoris, notum esse cupimus & præsentiâ testimonio liquido protestamur, quod *Herbordus*, dictus de *Falckenrode*, & uxor sua domina *Greta*, verique hæredes eorundem, in nostra præsentiâ constituti, Domino *Ludolpho*, Præposito & Monialibus in *Hilgenrode*, duos viros, videlicet *Henricum* & *Didericum* de quadam domo in *Steinbeke*, quam a Nobis jure tenet feudali, pro quinque Marcis, *Bremensis* argenti & ponderis, unami consensu vendiderunt. Præterea a dicto Præposito & Monialibus duas mulieres, videlicet *Wiburgim* & *Murgaretam*, dictus *Herbordus* & sui heredes, loco *Concambii* receperunt. Est igitur prædictæ venditioni talis annexa conditio, quod si sæpe dictus *Herbordus*, seu sui hæredes, domino Præposito & Monialibus præscriptis, de talibus viris, ex usurpatione Parentum suorum, seu alienorum,

Nn 5

quo.

quocunque modo provenerint, *Warandiam* præstare non poterint; in Advocatia duorum quadrantum, apud speluncam in *Stura* sitorum & ad dictum Præpositum & Moniales pertinentium, se amplius nihil juris habituros, proprio arbitrio deliberaverunt; Sed quod læpeditus Præpositus & Moniales, talem Advocatiam perpetuo possideant cum quiete. Ut autem hæc venditio coram Nobis rite & laudabiliter peracta, aliqua versutia in posterum non valeat violari; præsens scriptum subscriptione testium, & nostro Sigillo, ac Sigillo, dicti *Herbordi*, est consignatum. Testes vero, qui aderant, fuerunt Dominus *Albero de Stelle*, Dominus *Meinhardus de Oldenesche*, Dominus *Johannes stumpe*, Dominus *Wilhelmus Romele*, Milites, *Hermannus* dictus *Fel*, *Nicolaus de Kimmene*, *Borchardus Rust*, Famuli, & alii quamplures fide digni. Datum & actum *Delmenborst* Anno Domini MCCLXXXVI. Sabbatho quatuor temporum, quo cantatur: *Intret.*



Mo-

MONUMENTA INEDITA

Historiam

FAMILIARIVM EQVE-
STRIVM

ARCHIEPISCOPATVS
BREMEN. ET VERDEN.

ILLVSTRANTIA.

Vorbericht.

Des sehr fleißigen Luneberg' Mushards Denckmal der uralten berühmten Hochadelichen Geschlechter im Herzogthum Bremen und Versden kan in Ansehung der Hochadelichen Familien/ Bremer, Clüver, von Horn, von Hude, von Lunenberg, Marschalcken, von Wersebe und von Weihe / aus nachstehender Sammlung dreißig, ist zum ersten mal ans Licht tretender, Urkunden in vielen Stücken erläutert und vermehret werden.

- I. *Henricus de BREMA*, cum Consensu uxoris & Filiorum, resignat Ecclesiæ S. *Mariæ* in *Liliendale* terram unam in *Wurtflete* & sextam partem *Decimæ* in *Lemwerthere*. Dieser Urkunde ist zwar kein Jahrzahl beigefüget; Ihr Alterthum aber läset sich gar leicht abnehmen, aus einem Vermächtniß-Briefe eben dieses *Henrichs* von 1281. in *Mushards Denckmal* p. 140. 141. darinnen gleichmäsig des *Thiderici*, Canonici Ecclesiæ *Bremensis*, Meldung geschiehet.
- II. *Johannis CLVERE* Charta, qua Conventui in *Liliendale*, pro præbenda filia suæ, Monialis ibidem, quadrantem unum situm
in

in *Vare* cum omnibus attinentiis resignat
in Ecclesia *Achim*. A. 1315

- III Nobiles CLVVERE confirmant & ratificant
donationem, seu legationem, duorum man-
sorum in villa *Uphusen*, in Parochia in
Achim sitorum, factam per *Cluvenbagen*,
& *Hermannum* filium ipsius, Claustro San-
ctimonialium in *Liliendale*. A. 1320
- IV. *Nicolai* de HORNE Charta, qua *Alberto*,
dicto *Calveswange*, Civi *Bremensi*, bona
quædam vendit, sita in *Gerem* & in *Vare*,
seque extendentia usque *Rockwinkeler-Feld*.
A. 1342.
- V. *Ejusdem* Charta, qua *Alberto*, dicto *Calves-
wange*, Civi *Bremensi*, bona quædam ven-
dit, sita in Campo villæ *Horne*, inter fos-
sorium dictum *Landwere*, & aquosum fos-
sorium, dictum *Ghetbe*. A. 1349.
- VI. *Fridericus*, *Johannes*, *Martinus* & *Alardus*,
Fratres de HVDA, Decimam unius ter-
ræ in *Grammeke*, dictam *Sirikeslant*, com-
mutant cum quinque partibus terræ in
Eckborst. A. 1303.
- VII. *Martini* de HVDA, Reversales de deci-
matione in villa *Lesmona*. A. 1305.
- VIII. *Luderus* de HVDA pro salute animæ *Eli-
sabeth*, uxoris in *Liliendale* sepultæ, Mo-
nasterio ibidem, bona quædam donat in
Obermienlande sita. A. 1340.
- IX. *Martinus* de HVDA vendit Monasterio
in *Liliendale*, decimam boni sui in *Mercele*,
nec

- nec non decimam boni dicti *Hellenberch*,
ut & minutam decimam areæ. A. 1349.
- X. *Martinus* de *HVDA*, cum consensu suorum,
Gertrudi, Abbatissæ in *Liliendale*, vendit
decimam unius domus in *Mercele*, cum
minuta decima. A. 1351.
- XI. *Ghevert van der HVDE* verkost de *Vogedie*
enes *Gudes to Sunte Jargen der Ebbedischen*
to dem *Liliendale*. A. 1418.
- XII. *Erpo* de *LVNENBERGE* confert Eccle-
siæ in *Liliendale* decem & octo modios
siliginis in quadam domo, quæ dicitur
Haslo. A. 1307.
- XIII. *Henrici* de *LVNENBERGE* Charta, qua
Monasterio in *Liliendale* liberaliter confert
octo modios siliginis, qui *Hemmeten* ap-
pellantur. A. 1308.
- XIV. *Bernhardus* de *LVNENBERGE* vendit
domum unam, & unam aream, sitas in
Gerlestede & habentes duas *Echtwort*. A.
1313.
- XV. *Henrici* de *LVNENBERGE* Charta ven-
ditionis domus unius in *Gerlestede*. A.
1328.
- XVI. *Ejusdem* Charta, qua Monialibus in *Li-
liendale* domum in *Garlestede* donat pro
Præbenda Filix suæ, Monialis ibidem. A.
1328.
- XVII. *Otto* de *LVNENBERGE* vendit Mo-
nasterio in *Liliendale* bona quædam in
Ger

Gerleste, pro XX. Marcis, *Bremensis* ponderis & argenti. A. 1331.

XVIII. *Henricus* de LVNENBERGE, Cognomento *Karnap*, Monasterio in *Liliendale* domum in *Garleste*, liberaliter confert in perpetuam Eleomosynam. A. 1332.

XIX. *Bernhardus*, *Henricus*, *Johannes* & *Otto*, Fratres de LVNENBERGE, vendunt conventui in *Liliendale*, domum sitam in *Garlste*, cum omni jure & attinentiis. A. 1332.

XX. *Otonis* de LVNENBERGE Charta venditionis super domum unam in *Garlste*, cum omnibus juribus & pertinentiis. A. 1333.

XXI. *Erici* de LVNENBERGE Charta venditionis super aream, sitam in *Nigenkerken*, juxta bona & prædia Monasterii in *Liliendale*. A. 1347.

XXII. *Heyneken van LVNENBERG Verkaufß Brief* / darinnen er dem *Erz-Bischof* / *Johan Roden*, die halbe *Wingste*, für 600. *Goldgülden* verkaufft. A. 1498. Es gedencet *Johann Kenner* / in der geschriebenen *Bremer Chronick*, ad ann. 1498. dieses Verkaufß der *Wingste*; Gleichwie er auch ad ann. 1301. erzehlet, welchergestalt *Erpo von Lunenberg* die *Wingste* vom *Erz-Bischof Giselbert* / durch einen Tausch an sich gebracht.

- XXIII. *Ericus* MARSCHALCVS Conventui in *Liliendale* X. *Marcas*, ad comparandos redditus unius *Marcæ*, donat, sub tali conditione, ut de eadem pro remedio animæ uxoris *Martilia*, in ipsius anniversario, conventui prædicto fideliter seruiatur. A. 1318.
- XXIV. *Giselbertus* & *Harbertus*, Fratres, dicti de WERSEBE, cum consensu filiorum & fratrum vendunt Monasterio in *Liliendale* dimidium *Campum* in *Utblede*, qui dicitur *Smergen-Camp*. A. 1339.
- XXV. Nobilium de WERSEBE Conventio, quæ *Holtim* dicitur, in Sylva *Woldesbutle* facta, præsentem *Domina* *Abbatissa* *Vallis Liliorum*. A. 1357.
- XXVI. *Luderus* de WERSEBE bona quædam, sita in *Wurtflete*, permutat cum quinque domibus, sitis in *Gerlestede*. A. 1359.
- XXVII. *Ghiseken*, un *Herman van* WERSEBE *Bref*, darinne se dem Convente to dem *Liliendale* en *Verendel Landes* gevet un latet to ene *Provene* vor *Greten* erer *Suster*. A. 1386.
- XXVIII. *Kersten van* WERSEBE verkoft dem *Kloster* to dem *Liliendale* vor tein *Bremer-Marck* enes *Verendels* *Tegende* up dem *Steller-Felde*. A. 1391.
- XXIX. *Hinrich van* WERSEBE, *Borchman* to *Hagen*, verkoft dem *Kloster* to dem *Lilien*.

Liliendale sinen Hof unde Gud, dat gelegen is to *Harendorpe* A. 1431.

XXX. *Arnoldi de WEYE* Charta, qua Conventui in *Liliendale* vendit quatuor pecias terræ, dictas *Damlant*, sitas in *Merselingebrocke*. A. 1340. Dient zur Erleuterung desjenigen/ was *Lüneb. Mushard* von diesem hochadelichen Geschlechte/ welches ehedessen im Erz-Stifte *Bremen* ihre Erb-Sitze gehabt, beibringet. Wie nachhero die Herren von *Weyhe* das Erz-Stift *Bremen* verlassen, und sich theils in der Grafschafft *Hoya*/ theils im Lande *Braunschweig*, sesshaft niedergelassen, erzehlet *Johann Friedrich Pffeffinger* in der *Historie des Braunschweig. Lüneburgischen Hauses* im II. Theil von p. 302. bis 333.

I.

Henricus de BREMA, cum consensu Uxor-
is & Filiorum, Ecclesiæ S. Mariæ in Lilien-
dale resignat terram unam in Wurtflete,
& sextam partem Decimæ in Lem-
Werther-There. Circa A. 1280.

Omibus Christi fidelibus, præsens scriptum
visuris, Henricus Miles Senior, dictus de
BREMA, salutem, & sui servitii exhibitionem,
Ab humana facilius elabuntur memoria, quæ
nec scripto, nec voce testium, roborantur. Hinc
est, quod tam præsentibus quam futuris notum
fieri cupio, quod ego de unanimi consensu &
voluntate uxoris meæ, Dominae Beatricis &
heredum meorum, videlicet Erponis, Militis,
Marquardi & Lippoldi, præsentem Domino Theo-
dorico filio meo, Canonico Bremensi, resignavi
Ecclesiæ Sanctæ Mariæ virginis in Liliendale per-
petuo possidendam terram unam in Wurtflete
pro sedecim marcis, quam coluit Johannes di-
ctus Dodo, & sextam partem Decimæ in Lem-
vverther-There, pro duodecim Marcis; Et jam
dicti filii mei pro aliis filiis meis absentibus,
hoc idem similiter resignaturis, firmiter pro-
miserunt. Hoc adjiciens, quod præfati filii
mei proprietatem ipsius & decimæ eidem Ec-
clesiæ obtinebunt, qua obtenta ipsis a dicta
Ecclesia quatuor marcæ refundentur, & me-
dio tempore super his justam Warandiam præ-
fatis,

fatis Monialibus fideliter præstabunt. Huic facto Testes aderant *Albero Doneldey, Godescalcus Friso, Johannes de Haren, Reinerus Brushavere, Bernardus Boch*, & alii quam plures. Ut autem hoc ratum perpetuo maneat, nec ab aliquo valeat irritari, scripto commendari & Sigillo meo feci communiri.

II.

Johannis *CLUVERE* Charta, qua Conventui in *Liliendale*, pro præbenda filie sue *Monialis ibidem*, quadrantem unum, situm in *Vore*, cum omnibus attinentiis, resignat in *Ecclesia Achim*.

A. 1315.

Omnibus Christi fidelibus præsens scriptum visuris *Johannes Miles*, dictus *CLUVERE* Senior, salutem, & sui servitii exhibitionem. Ab humana facilius elabuntur memoria, quæ nec scripto, nec voce testium roborantur. Hinc est, quod tam præsentibus, quam futuris, notum fieri cupio, quod ego de unanimi consensu & voluntate uxoris meæ, *Dominæ Congundis*, & filiorum meorum, *Alverci militis, & Harberti*, nec non & *Johannis*, filii Domini *Harberti*, piæ memoriæ filii mei & aliorum heredum meorum, contuli hereditario jure *Dominæ Abbatisæ & Conventui Sanctæ Mariæ Virginis in Liliendale, Ordinis Cistercensis Bremen.*

men. diœcesis, quadragentem unum situm in *Vare*
cum omnibus attinentiis suis pro quadraginta
Marcis *Brem.* ponderis & argenti, quas prædicto
Conventui dare promiseram pro præbenda filiæ
meæ *Conegundis*, Monialis ibidem, ab omni Advo-
catia, & decima liberum, contradictione quali-
beta mota, perpetuis temporibus possidendum;
pro natis & nascituris ipsis firmam *Waran-*
diam præstando, atque omne jus, quod me vel
meos in prædicto quadrante contingebat, in
Ecclesia *Achim*, in Vigilia *Tyburii & Valeriani*
Martyrum, totaliter resignavi. Quam vero
donationem suscepit Domina Abbatisa ad ma-
nus claustrum, & frater B. . ejusdem loci Con-
versus. Huic facto testes aderant Dominus
Otto, Ecclesiæ *Verdensis* Canonicus, dictus *Cluvere*,
Theodoricus de Oumunde, Advocatus in *Langwe-*
dele, & *Cluvenhagen*, ipsius consanguineus,
Henricus dictus *Moneck*, *Giselbertus de Hagene*,
& *Luderus de Huda*, Milites, *Johannes Schlepe-*
grelle & Bernhardus de Huda, Famuli, & alii quam
plures. Ne igitur super hac donatione ali-
quid in posterum dubietatis emergatur, sigilli
mei, & *Johannis*, Militis patruelis mei, nec
non & *Johannis*, filii *Harberti*, quondam filii mei,
dictorum *Cluvere*, munimine præsentem lite-
ram firmiter duximus roborandam. Datum
Anno Domini M CCC quinto decimo, Duo-
decimo kalend, Maji.

III.

Nobiles CLUVERE confirmant & ratificant donationem, seu legationem, duorum mansorum in villa Uphusen, in Parochia Achim sitorum, factam per Cluvenhagen & Hermannum, filium ipsius, Claustro Sanctimonialium in Liliendale.

A. 1320.

Omnium habere memoriam potius est divinitatis, quam humanitatis; ea propter expedit literarum testimonio memoriæ, quæ aguntur, diligentius commendare. Notum igitur sit, tam præsentibus quam futuris, quod nos *Alvericus miles, & Harbordus, filii quondam Johannis Militis CLUVERE, Conradus & Hildemarus, filii quondam Hildemari, Militis Cluvere, Hermannus Cluve, filius quondam Hermannii Cluve, Hildemarus, filius Rudolphi Cluvere, Johannes & Rudolfus, filii quondam Herbordi Militis Cluvere,* donationem seu legationem factam per *Cluvenhagen* Militem, & *Hermannum* filium ipsius, Claustro Sanctimonialium in *Liliendale*, ordinis *Cisterecensis Brem.* diœcesis, videlicet duos mansos, qui vulgariter dicuntur *Hoves*, sitos in villa, quæ dicitur *Uphusen*, in Parochia in *Achim*, cum omnibus juribus suis & pertinentiis, cultis & incultis, lignis, pratis, & nemoribus, quæ ad dicta bona pertinent, prout prædicti donatores, videlicet *Cluvenhagen & Hermannus* filius ipsius, pacifice possede-

runt jure hereditario, quos quidem mansos ad præsens colit *Henricus*, dictus *Cnuth*, ita ut dictum Claustrum in *Liliendale* sæpedicta bona, seu mansos, titulo donationis quiete perpetuis temporibus possidebit, memoriam dictorum Collatorum & diem obitus ipsorum in divinis, sicut est consuetum, solenniter peragendo. Et ut dicta donatio prædictorum permaneat rata & inconvulsa, Nos prædicti patruelles ipsorum, scilicet *Cluvenbagen* militis, ac *Hermanni* filii ipsius, pleno consensu & unanimi voluntate omnium nostrorum & singulorum heredum nostrorum, quorum interest consentire, ob honorem Dei, & favorem, quem ad dictum Claustrum Progenitores nostri habuisse noscuntur, ratificamus & confirmamus, approbando quicquid est ordinatum super quolibet præmissarum, protestantes nihilominus, quod jam sæpedicta bona, a tempore, cujus non extat memoria, ab omni jure feudationis & advocatiæ libera sunt, & fuerunt, & perpetuo permanebunt. Ut igitur donatio antedicta de pleno & pari assensu omnium nostrorum firma permaneat, in testimonium magis evidens, Sigilla nostra præsentibus duximus apponenda. Datum ex actum Anno Domini M CCC XX infra octavam Paschæ.

IV.

Nicolai *de HORNE Charta, qua Alberto, dicto Calveswange Civi Bremensi, bona quedam vendit, sita in Geren & in Vare, seque extendentia usque Rockwinckelere-Feld. A. 1342.*

Universis hanc literam visuris seu audituris *Nicolaus de HORNE* Famulus, ac *Nicolaus* ejus filius, salutem in Domino sempiternam. Recognoscimus & tenore presentium firmiter protestamur, quod Nos, cum voluntate & Consensu omnium heredum nostrorum, vendimus *Alberto*, dicto *Calveswange*, Civi *Bremensi* & suis heredibus, pro triginta una marcis, *Bremensis* argenti & ponderis nobis integraliter persolutis, dimidium quadrantem terræ situm in *Geren*, quem *Henricus de Kamenata* ad præsens colit, ac unam peciam terræ, dictam *Stripe*, in *Vare* juxta prædia quondam *Alberni de Clavenbeke*, Militis, versus aquilonem, quæ se extendit a *Gera* usque *Rockwinckelerefeld*, quam *Boleke* ad præsens colit, cum omnibus suis juribus & pertinentiis, pro bonis & prædiis liberis justæ emtionis titulo perpetuis temporibus obtinendis. Dimisimusque dictis emtoribus præfatorum bonorum possessionem, quemadmodum bonorum & prædiorum possessio dimitti hætenus est consueta. Cæterum honesti viri *Henricus* dictus *Schlichting* & *Conradus* dictus *Clencok*, Famuli, una nobiscum & nos una

cum eis in solidum fide data promittimus, & in his scriptis promittimus, dictis *Alberto* & suis heredibus, super memoratis bonis facere & præstare, pro natis & nascituris, & pro quocunque homine, *Warandiam* firmam, inviolabilem atque justam; Ita videlicet, si dicti *Albertus* & sui heredes in prænominatis bonis defectum aut impedimentum aliquod habuerint, Nos & Confidejussores nostri prædicti infra quindenam proximam, à die quo requisiti fuerimus computandam, Civitatem *Bremen.* intrabimus, ibidemque in solidum non exituri manebimus, donec sæpe dictis, *Alberto* & suis heredibus, pro defectu & impedimento hujusmodi per nos fuerit plenarie satisfactum. In cujus rei testimonium Sigilla nostra præsentibus sunt appensa, & nos *Henricus*, dictus *Sliching*, ac *Conradus*, dictus *Clencok*, Famuli prædicti, in evidens promissionis per nos factæ, ac omnium præmissarum, testimonium etiam Sigilla nostra præsentibus duximus apponenda. Datum Anno Domini *MCCCXLII.* In festo Annuntiationis Sanctæ *Mariæ* Virginis.

V.

Nicolai de HORNE Charta, qua Alberto dicto Calveswange, Civi Bremensi, bona quedam vendit, sita in Campo Villa Horne inter fossorium, dictum Landwere, & aquosum fossorium, dictum Ghethe.

A. 1349.

Nos Nicolaus Famulus, & Nicolaus suus filius, Miles, dicti de HORNE, tenore præsentium recognoscimus firmiter protestando, quod de voluntate & consensu *Wunnek* uxoris meæ, *Nicolai Senioris*, & *Albeidis* uxoris meæ, *Nicolai junioris* prædictorum, ac omnium aliorum heredum nostrorum, vendidimus ac dimisimus discreto viro *Alberto*, dicto *Calveswange* Civi *Bremensi* & suis heredibus, pro viginti marcis, *Bremensis* argenti & ponderis, nobis integraliter persolutis, medietatem cujusdam campi, sita in Campo villæ *Horne*, inter fossorium dictum *Landwere*, & aquosum fossorium dictum *Ghete*, & medietatem cujusdam areæ, ibidem sitæ, quam *Lutgardis*, relicta quondam *Johannis de Horne*, nunc inhabitat, cum omnibus & singulis juribus, proventibus, & pertinentiis suis, pro bonis liberis justæ emtionis titulo, sine quavis reemtionis spe, temporibus perpetuis liberaliter obtinendas. Promisimus insuper & per præsentem promittimus Nos & nostri he-

redes præfatis *Alberto*, dicto *Calvesvange*, & suis heredibus, super medietatibus campi & areæ prædictis, ac super universis ac singulis juribus, proventibus & pertinentiis suis, pro natis & nascituris, ac pro hominibus quibuscunque, firmam & justam facere & præstare *Warandiam* & inviolabilem observare, & ab impedimentis & damnis quibuslibet, hominum quorumcunque, penitus disbrigare. (*) Ita videlicet, quod si antefati *Albertus* & sui hæredes in prædictis Campi & areæ medietatibus, seu in juribus & pertinentiis suis quibuslibet prædictis, damna seu defectus aliquos passi fuerint; Nos & post obitum nostrum Heredes nostri Civitatem *Bremen* infra quindenam proximam, a die quo requisiti fuerimus, seu fuerint, computandam, intrabimus & intrabunt, ibidemque non exituri manebimus & manebunt, donec prænotatis *Alberto*, dicto *Calvesvange*, & suis Heredibus, super defectibus & damnis omnibus & singulis sit integraliter satisfactum. In cujus rei testimonium Sigilla nostra præsentibus sunt appensa. Datum Anno Domini MCCCLXIX. In die *Fabiani & Sebastiani*, Martyrum Beatorum.

(*) *Disbrigare* i. e. *Molestia*, vel *lite liberare*.

Imbrigare *lite involve- re*. *Abriga* *Lis*, *rixa*.

VI.

Fridericus, Johannes, Martinus & Alardus, *fratres de HVDA, Decimam unius terræ in Grammeke, dictam Sirikeslant, commutant cum quinque partibus terræ in Eckhorst. A. 1303.*

Ego Fridericus Miles de HUTHA protestor cum fratribus meis, Johanne, Martino, & Alardo, quod recepimus a Domina Abbatisa, & Conventu Monialium in Liliendale, quinque partes terræ, quæ vulgariter *Stucke* dicuntur in *Eckhorst*, pro quibus dedimus eisdem decimam unius terræ in *Grambeke*, dictam *Sirikeslant*, & unum *Stucke* circa *Eckhorst* situm, quod ex octo partibus nobis pertinentibus elegerunt. Insuper duos equos ipsarum cum equis nostris, quamdiu equos habuerimus, promisimus nos tenere. Præterea si quod impedimenti inciderit, quod absit tamen, quod prædictis Monialibus promisimus, cum nostris justis heredibus, fideliter persolvemus; & hoc Sigillorum nostrorum appensione protestamur. Acta sunt hæc Anno Domini MCCC tertio.

VII.

Martini de HUTHA reversales de decimatione in villa Lesmonæ. A. 1305.

Ego

Ego *Martinus*, Miles dictus de HUTHA, pro-
testor per præsentes cum meis justis he-
redibus, quod Sanctimonialia in *Liliendale* re-
cipient decimam de domo, quam noviter co-
lui in Marca *Lesmonæ* juxta crucem villici, si-
cut per totam villam; & quicquid de cætero
ibidem cultum fuerit ex parte mea, non ad me
vel ad heredes meos, sed ad ipsas decimatio
pertinet pleno jure. Datum Anno Domini
MCCC quinto, in die beati Augustini.

IIX.

*Luderus de HUDA pro salute animæ Eli-
sabeth, Uxoris in Liliendale sepultæ, Mona-
sterio ibidem bona quedam donat, in
Obiernienlande sita. A. 1340.*

Universis, hanc literam visuris seu auditoris,
Luderus de HUDA, Miles, & *Martinus* fi-
lius suus, salutem in Domino sempiternam.
Recognoscimus, & tenore præsentium firmi-
ter protestamur, quod cum voluntate & con-
sensu omnium heredum nostrorum pro salute
animæ bonæ Memoræ *Elisabeth*, quondam ux-
oris mei, *Luderi* prædicti, apud Monasterium in
Liliendale, *Bremensis* diocæsis, sepultæ, donamus
Dominæ *Abbaissæ* & *Conventui* dicti Monaste-
rii in *Liliendale* unum & dimidium quadrantes
terræ, sitos in *Obiernienlande*, quos *Blome*
ad præsens colit, cum omnibus suis ju-
ribus

ribus & pertinentiis obtinendos, ea tamen conditione, quod Nos & heredes nostri, annis singulis, in Feste sancti Petri ad Cathedram, dictos unum & dimidium quadrantes terræ a præfatis Abbatissa & Conventu redimere possumus, pro decem Marcis *Bremensis* ponderis & argenti. In cujus rei testimonium Sigilla nostra præsentibus sunt appensa. Datum Anno MCCC quadragesimo. In die beatæ *Agnæ* Virginis.

IX.

Martinus de HUDA vendit Monasterio in Liliendale Decimam boni sui in Mercele, nec non Decimam boni, dicti Hillenberch, ut & minutam Decimam
A. 1349l.

Universis, præsentem paginam inspecturis, seu audituris, *Martinus* de HUDA & *Luderus* filius ipsius, salutem & rei hujus cognoscere veritatem. Tenore præsentium recognoscimus, ac publice protestamur, quod de unanimi beneplacito & consensu *Luderi* dicti de Huda, *Hermanni* de Mercele, *Johannis* de Kedingen, nec non & omnium heredum nostrorum, quorum interest, vel intererit, consentire, vendidimus Dominæ *Elisabeth* Abbatissæ, totique Conventui Monasterii in *Liliendale*, Ordinis *Cisterciensis*, decimam boni nostri, in *Mercele* siti prope bonum Mona-

Monasterii memorati, nec non & decimam boni, dicti *Hillenberch*, in utrisque campis, qui dicuntur *Ghest*, & *Mersch*, ac minutam decimam areæ, cum universis juribus ac pertinentiis per agros cultos & incultos, sicut nos hactenus possedimus, pro undecim marcis & dimidia, *Bremensis* argenti & ponderis, nobis totaliter persolutis, justæ emtionis, & legitimi contractus titulo, in perpetuum possidendum. Præterea ne præfatum Monasterium in *Lilientale* hujus emtionis occasione aliquod impedimentum sustineat in futurum; Nos prænominati *Luderus* de *Huda*, *Hermannus* de *Mersele*, *Johannis* de *Kedingen* in solidum fide data promissimus, & in his scriptis promittimus, quod *Martinus* de *Huda* & *Luderus* filius ipsius, antedictæ Dominæ Abatissæ & Conventui præstabit & servabunt firmam warandiam inviolabilem atque justam. Testes hujus rei sunt *Luderus* Miles, dictus de *Oumunde*, *Marquardus* de *Huda*, *Martinus* de *Huda*, Famuli, & alii quam plures fide digni. Ut autem supra scriptus contractus firmus ac stabilis perseveret, Nos sæpe dicti *Martinus* de *Huda*, ac *Luderus* filius meus, nec non & *Luderus* de *Huda*, *Hermannus* de *Mersele*, una cum *Johanne* de *Kedingen* Sigillis nostris præsens scriptum firmiter duximus roborandum. Datum Anno Domini MCCCXL nono, in Sabbato ante Dominicam, qua cantatur, *Oculi mei*,

una cum eis promissimus, ac promittimus in solidum fide data eisdem sanctimonialibus in *Liliendale* plenam Warandium prædictæ decimæ pro natis ac nascituris inviolabilem atque justam. Ut autem hæc, quæ scripta sunt rata ac inconvulsa permaneant, paginam præsentem Sigillorum nostrorum, ac Confidejssorum nostrorum prædictorum, appensione fecimus roborari; Et nos *Hildemarus & Luderus de Huda*, Fratres, in evidens testimonium nostræ promissionis cum appensione nostrorum Sigillorum roboravimus præsens scriptum. Datum Anno Domini MCCCLI ipso die beati *Viti*, Martyris gloriosi.

XI.

Ghevert van der *HUDE* verkost de *Vogedie enes Godes to Sunte Jurgen der Ebbedischen to tem Liliendale.*

A. 1418.

Wy Ghevert van der *HUDE*, unde *Hetewig* mine echte Housfrowe, unde Ghevert min Sone, bekennet unde betuget openbare an deffer Schrift vor all den gennen, de se seet, edder horet lesen, dat wy mit willen un mit vulborde all unfer rechten Erven, un all der gennen, den id antreden mag, hebben verkost, unde verkopet vor *Greten* der *Ebbedischen* un deme *Convente* to dem *Liliendale*

Liendale vor achte unde twintig *Bremer Marck*,
 de uns deger unde na willen sint wolberet,
 unse *Vogedye*, de wy hebbet an des *Closters*
Gude, dat gelegen is an deme *Dorpe to Sunte*
Jürgen, dat nu to Tyden bowet *Gercke Melike*,
 unde gheit van der *Hamme*, wente an de *Wum-*
mene, unde geheten sint de *Emmenstücke*, unde
 latet de vorschrevene *Vogedye*, unde alle
 Rechtigheit, unde Unrechtigheit, de upset-
 tinge, unde affettinge, Bede unde Plicht,
 Deenst unde Koninges Tinsse, unde allen da
 wy daran behalven mogen, nu unde jüm-
 mermehr fry unde quit to ewigen Tyden, dat
 lave wy Vorschrevene rechte *Warscup* tro-
 weliken to holdene, wor un wanne, un
 wo dicke dem *Clostere* des not is vor borne,
 un ungeborne. Vortmer, so bekennen wy
Cerßen un *Ludere*, *Brodere*, geheten van der
Hude, dat dese vorbenomete *Vogedye* dem *Clo-*
stere to dem *Lilendale* is, verkoft, un quit gela-
 ten, to ewigen Tyden, un is mit unsen vul-
 bord unde willen witliken gescheen, un lavet
 des mede rechte warscup mit samender Hand
 to holden, dat wy alle dese vorschrevene
 Stucke, trowelicken und vestliken, holden
 willen, sonder Argeliff, Hulprede, und nye
 Funde, des hebbe wy unse Ingesegel witli-
 ken unde met enen guden Willen hangen
 to dessem Brese, gheven unde screven na Go-
 des Bord, vertein hundert Jar, darna an

Pp

dem

dem achteinden Jare, des hilgen Dages *Sunte Vites* des Martelers.

XII.

Erpo de *LUNEBERGE* confert Ecclesie in *Liliendale* decem & octo modios siliginis in quadam domo, quæ dicitur *Haslo*.

A. 1307.

Ne rerum gestarum acta tradantur oblivioni, expedit ea perpetuo testimonio commendari. Hinc est, quod ego *Erpo*, Miles dictus de *Luneberge*, ad universorum notitiam pervenire cupio, tenore presentium protestans, quod mediante consensu & voluntate filiorum meorum contuli Ecclesie in *Liliendale* decem & octo modios siliginis, in quadam mea domo, qua dicitur *Haslo*, perpetuo jure libere possidendas. Ne igitur apud posteros meos, vel apud posteros filiorum meorum, de predicto meo facto alicujus ambiguitatis scrupulus oriatur, presentis scriptum, super hoc confectum, & mei Sigilli munimine roboratum prefate Ecclesie duxi in testimonium conferendum. Datum & actum *Luneberge* Anno Domini *MCCCVII*, in sancto die *Dionyfi*.

XIII.

Henrici de LUNENBERGE Charta, qua
 Monasterio in Liliendale liberaliter con-
 fert octo modios siliginis, qui Hemmeten
 appellantur. A. 1308,

Ego Henricus, Miles de Lunenberge, profiteor
 & tenore præsentium firmiter recogno-
 sco, quod de consensu & voluntate omnium
 heredum meorum contuli liberaliter, ac dimisi
 Monialibus, seu Conventui Monasterii Sanctæ
 Mariæ in Liliendale, decem & octo parvos mo-
 dios siliginis, qui hemmeten vulgariter ap-
 pellantur, quos sine impedimento cujus libet,
 annis singulis de domo mea, sita in villa Ham-
 bergen, quam nunc Thidericus Woltfoghel inha-
 bitat, pro tempore recipient, ac eos perpetuo
 liberaliter obtinebunt, ita quod nec ego,
 nec heredes mei, de cætero in prædictis decem
 & octo modiis siliginis nobis aliquid juris in
 perpetuum poterimus vendicare. In cujus
 perpetuæ rei memoriam ego Henricus, Miles
 de Lunenberge prædictus, præfatis Monialibus
 Conventui & Ecclesiæ in Liliendale præsens
 scriptum contuli Sigillo meo firmiter roboratum.
 Datum & actum Lunenberge Anno Do-
 mini MCCCVIII. In die beati Dionysii.

XIV.

Bernhardus' de LUNENBERGE vendit
domum unam & unam aream, sitas in Ger-
lestede & habentes duas Echt
wort. A. 1313.

Ego Bernhardus de Luneberge profiteor & te-
nore præsentium firmiter recognosco,
quod de consensu & voluntate Henrici Militis
de Lunenberge, Parentis mei, Johannis Cellerarii
Ecclesiæ Bremensis, Reymberti Canonici Eccle-
siæ Sancti Willebadi, Erici, Erponis, Henrici,
& Gevehardi, Fratrum eorum, Ottonis &
Henrici filiorum, Erici & Erponis, Henrici, Ot-
tonis, & Erponis Fratrum, filiorum quondam
Erponis militis de Luneberge patruï mei, & o-
mnium heredum meorum, vendidi Abbatisiæ
& Conventui Monialium in Liliendale ordi-
nis Cisterciensis, domum unam & unam
aream, sitas in Gerlestede, pro hæreditate libera,
habentes duas Echtwort & dimidiam, cum pra-
tis, pascuis, & Silvis, ac omnibus ipsarum
pertinentiis, pro viginti quatuor marcis Brem.
argenti & ponderis, justo emtionis titulo per-
petuis temporibus possidendas, publice reco-
gnoscens, prædictas viginti quatuor marcas
mihi esse integraliter persolutas. Præterea,
ne Monasterium in Liliendale occasione hujus-
modi emtionis damnum aliquod, vel impedi-
mentum, sustineat in futurum, Ego Bernhar-
dus

dux de Luneberge, prædictus, pro me & omnibus
 heredibus meis, natis vel nascituris, renuncio
 simpliciter & expresse omni juri, quod ha-
 ctenus ego & heredes mei habuimus in præ-
 fatis domo & area, vel quod nobis competere
 poterit in perpetuum, renunciando etiam om-
 nibus exceptionibus, Canonicis & Civilibus,
 per quas dicta venditio aliqua calliditate posset
 in posterum impediri. In cujus rei perpetuam
 memoriam Nos *Bernhardus*, *Henricus*, Miles,
Johannes Cellerarius Ecclesie *Bremensis*, *Reim-
 bertus* Canonicus Ecclesie Sancti *Wilhadi*, *Eri-
 cus*, *Erpo*, *Henricus*, *Gevehardus*, Fratres, *Otto*
 filius *Erponis*, nec non *Henricus*, *Otto*, & *Erpo*
 Fratres, filii *Erponis*, Militis dicti de *Luneberge*,
 sigilla nostra præsentis literæ duximus appo-
 nenda. Acta sunt hæc *Hagena*, præsentibus
Christiano milite, dicto *Voslo*, *Henrico* & *Christia-
 no* fratribus, dictis de *Wersebe*, *Christiano*, filio
Thiderici Militis de *Wersebe*, *Volquino* dicto *Grelle*,
Advocato ibidem, *Hertgero*, & *Conrado*, Fratri-
 bus dictis de *Verda*, & aliis testibus fide dignis,
 ad hoc vocatis specialiter & rogatis. Anno
 Domini MCCC tertio decimo, sexto Kalend.
 Maj.

XV.

*Henrici de LUNENBERGE Charta
 venditionis domus unius in Gerlstedede.*

A. 1328.

Ego *Henricus* de *Lunenberge* famulus, filius
 Pp 3 Do

Domini *Henrici*, quondam dicti de *Lunenberge* & *Johannes* filius meus, notum facimus universis, præsentia visuris, seu auditoris, quod cum voluntate & consensu Domini *Johannis de Lunenberge* & Domini *Reimberti*, nec non & *Erponis de Bochorst*, Fratrum meorum, ac omnium heredum meorum, quorum interest consentire, vendidimus *Dominæ Abbatissæ & Conventui in Liliendale, Ordinis Cisterciensis*, domum unam, sitam in *Gerlstede*, quam nunc temporis colit *Albertus* filius *Calvi*, pro decem Marcis *Bremens.* ponderis & argenti, cum pascuis, aquis & lignis, ac omni jure, quod nos hæcenus in bonis habuimus prælibatis. Hujus vero venditionis contractum frater *Bernardus*, prædicti Monasterii Procurator, ad manus Claustrum suscepit. Testes autem interfuerunt Dominus *Erpo de Line*, Præpositus *Buccensis*, *Daniel de Hagene* Miles, *Lippoldus de Brema* Miles, *Luderus de Hutha* Miles, *Otto* & *Erpo*, Fratres, filii Domini *Erponis de Lüneberge*, & alii quam plures fide digni. Ut autem hæc firma permaneant & inconvulsa, tam pro natis, quam pro nascituris, ego, & Fratres mei, videlicet Dominus *Johannes de Lunenberge*, & *Erpo*, nec non *Henricus* filius *Erici* Fratris mei, Sigilla nostra præsentem literam duximus apponenda. Datum Anno Domini *MCCC* vicesimo octavo, in die *Lamberti, Martyris*.

XVI.

Henrici de LUNEBERGE Charta, qua
*Monialibus in Liliendale domum in Ger-
 lestede donat pro præbenda filia sue,
 Monialis ibidem. A. 1328.*

Ego Henricus de Lunenberge, Famulus, filius Do-
 mini Henrici, dicti de Lunenberge, tenore
 præsentium firmiter protestor, quod de una-
 nimi consensu & voluntate uxoris meæ & filii
 mei *Johannis*, nec non & Fratris mei *Erponis de
 Bochorst & Henrici* filii ejus, ac *Henrici* filii *Erici*
 fratris mei filiorum suorum, insuper omnium
 heredum meorum, dedi domum unam sitam
 in *Gerlestede* Dominæ *Abbatissæ & Conventui*
Monialium in Liliendale, in *Eleomosinam* pro
 præbenda filia meæ *Elisabeth*, *Monialis ibidem*
 jure perpetuo possidendam, quam videlicet
 domum colit *Johannes*, dictus *Wegebrot*, pro
 qua iisdem *Monialibus* locavimus unum *Lant*
 in *Nygenkerken*, quod nunc temporis colit
 quædam vidua, *Lutgardis* nomine, tali mediante
 conditione, quod, cum ego & heredes mei
 prædicta bona in *Gerlestede* resignaverimus *Mo-
 nialibus prælibatis*, ante dicta bona in *Nygen-
 kerken* ad nos libere redibunt. Testes hu-
 jus rei sunt; Dominus *Johannes de Luneberge*
Cellerarius, *Canonicus Ecclesiæ Bremensis*, Do-
 minus *Reimbertus*, *Canonicus sancti Willebadi*,
 Fratres mei, Dominus *Lippoldus de Brema* Mi-
 les,

les, Erpo & Otto Fratres filii Domini Erponis & alii quam plures fide digni. Ut autem hæc collatio robur firmitatis obtineat, ego & fratres mei prædicti, videlicet Dominus Johannes & Erpo, nec non & Henricus, filius Erici, Fratres mei, præsens scriptum sigillis nostris firmiter communivimus. Datum Anno Domini MCCC vicesimo octavo, in die beati Viti Martyris,

XVII.

Otto de LUNEBERGE vendit Monasterio in Liliendale bona quedam in Gerlestede pro XX Marcis Bremensis ponderis & argenti. A. 1331.

Quæcunque ad notitiam futuræ posteritatis transferuntur, necesse est literarum apicibus annotari. Hinc est, quod ego Otto Famulus, filius quondam Erponis, Militis dicti de Luneberge, notum facio, tam præsentibus quam futuris, quod de bona voluntate mea & consensu filiorum meorum Erponis, Jobannis, Ottonis, Henrici, & Danielis, nec non omnium justorum meorum heredum, vendidi Dominæ Abbatisse & Conventui Sanctimonialium in Liliendale, Cisterciensis ordinis Bremens. diocesis, quædam bona in Gerlestede, mihi hereditario jure attinentia, quæ nunc colit Johannes, dictus de Sethe, pro viginti Marcis Bremensis ponderis & Argenti, cum omnibus juribus suis, in aquis, pra-

tis,

tis, pascuis, silvis, nemoribus, agris cultis
 & incultis, sicut progenitores mei & ego posse-
 dimus, ab omni advocatia libera, perpetuis
 temporibus possidenda. Et ego antedictus *Otto*,
 Famulus dictus de *Luneberge*, cum supra nominatis
 filiis mei, *Erpone*, *Johanne*, *Ottone*, *Henrico* & *Da-
 niele* prælibatis *Abbatissæ* & *Conventui*, pro natis
 vel nascituris, ratificamus & confirmamus ven-
 ditionem præsentem, justo emtionis titulo fa-
 ctam, protestantes, quod summa pecuniæ, vi-
 delicet viginti *Marcæ Bremens.* ponderis & ar-
 genti, per manus fratris *Bernhardi*, Procuratoris
 prædictæ *Abbatissæ* & *Conventus* mihi est
 integraliter persoluta. Huic contractui Te-
 stes adfuerunt *Lippoldus de Brema*, *Heino de
 Santbeke*, *Luderus de Huda*, *Milites*, *Erpo* filius
 quondam *Erponis*, *Militis de Luneberge*, *Erpo*
 & *Henricus*, filii quondam *Henrici*, dicti de *Lu-
 neberge*, *Hermannus* & *Erpo* filii quondam *Henrici*
 famuli dicti de *Lunenberge*, & alii quam plures
 fide digni. Ne autem præmissa in posterum
 valeant immutari, ego *Otto*, Filius quondam
Erponis *Militis*, Famulus & filii mei *Erpo* *Johan-
 nes*, *Otto*, *Henricus* & *Daniel*, dicti de *Luneberge*,
 singuli præsens scriptum firmiter communi-
 mus. Datum Anno Domini *MCCCXXXI.*
 in *Dominica*, qua cantatur, *Invocavit* me.

XVIII.

Henricus de LUNEBERGE, cognomento Karnap, Monasterio in Liliendale domum in Garlestede liberaliter confert in perpetuam Eleomosynam. A. 1332,

Contra varios incurfus futurorum ea, quæ religiosis beneficia tribuuntur, firma stabilitate in scriptis redacta debent memoriter commendari, ne a posteris valeant aliqua calumnia irretiri. Hinc est, quod ego Henricus Miles de Luneberge, cognomento Karnap, tenore præsentium protestando firmiter recognosco, quod de voluntate & consensu Gerhardi fratris mei, & Erici filii mei, nec non & omnium heredum meorum, quorum interest consentire, contuli liberaliter & dimisi Dominae Abbatissæ & Conventui Monialium in Liliendale, ordinis Cistercensis, Bremensis diocesis, domum unam, sitam in Gerlestede, quam quondam coluerat Thidericus, dictus Corfb, in perpetuam Eleomosynam, cum aquis, pascuis, silvis, campis, agris cultis & incultis ac omni jure, ab omni Advocatia liberam, pro triginta quinque Marcis, Bremensis ponderis & argenti, quas pro præbenda filiaæ meæ, & servitio, prædictis Monialibus me daturum promiseram, justo donationis titulo pro hereditate libera perpetuis temporibus possidendam. Præterea, ne præfatum Monasterium in Liliendale hujus dona-

donationis occasione aliquod impedimentum
sustineat in futurum, Ego *Henricus de Lune-*
berge, prædictus, pro me & omnibus heredibus
meis, natis vel nascituris, firmam *Warandiam*
præstans, omni juri, quod in præfatis bonis ha-
buimus renuntio simpliciter & expresse, ita
quod nec ego, nec heredes mei, in prælibatis
bonis nihil juris de cætero poterimus in per-
petuum vindicare. Hujus rei testes sunt *Do-*
minus Johannes, Cellerarius Ecclesiæ Bremensis,
Reymbertus Canonicus Sancti *Willebadi,* *Johannes*
Monachus apud Sanctum Paulum. Frater meus,
Lippoldus de *Brema,* *Heyno* de *Santbeke,* *Erpo* de
Luneberge, *Henricus* filius ejus, Milites, *Henricus,*
Otto, *Hermannus,* *Erpo,* Famuli, dicti de *Lune-*
berge, & alii quam plures fide digni. Ut au-
tem hæc collatio maneat inconvulsa, Nos
Henricus de Luneberge, Miles, & *Gevehardus*
Frater meus, nec non & *Ericus* filius meus, Si-
gilla nostra huic literæ duximus apponenda.
Insuper Dominus *Erpo* de *Luneberge* & *Henricus,*
Patruus mei, ad hoc rogati, pro evidentiori ro-
bore firmitatis suis etiam Sigillis muniunt
præfens scriptum. Datum Anno Domini
MCCCXXXII. Dominica in ramis pal-
marum.

XIX.

Bernhardus, Henricus, Johannes & Otto,
Fratres de LUNENBERGE vendunt Con-
ventui in Liliendale domum, sitam in Garl-
stede, cum omni jure & attinentiis.

A. 1332.

Quoniam mutabilitati subjacent universa,
 prudens decrevit antiquitas, ut in Con-
 tractibus & negotiis utamur testimoniis lite-
 rarum, ne longinquitate temporis error sub-
 reptat oblivionis. Hinc est, quod Nos *Bern-*
bardus, Henricus, Johannes, & Otto, Fratres dicti
de Lunenberge, Famuli, filii Erponis de Lunen-
berge, notum facimus omnibus, præsens scri-
ptum intuentibus, quod cum voluntate &
consensu Ottonis, patruï nostri, Erponis & Her-
manni, filiorum patruï nostri, nec non omnium
heredum nostrorum, quorum interest con-
sentire, vendidimus Dominae Abbatissæ &
Conventui Sanctimonialium in Liliendale
Ordinis Cisterciensis Bremensis Diocesi. domum
unam, sitam in Garlstede, cum aquis pratis,
pascuis, silvis, lignis, agris cultis & incultis, sive
cum omni jure & attinentiis suis, ab omni ad-
vocatia & impetitione liberam, pro tringinta
Marcis, Bremensis ponderis & argenti, justo
emtionis titulo perpetuis temporibus possi-
dendam. Quam prædictam domum nunc
colit Hinricus, dictus de Lubberstede, pro cujus
venditione recognoscimus publice præfatas
 triginta

triginta Marcas integraliter esse perfolutas. Cæterum præcavere cupientes, ne calumniis adversantium memoratæ Moniales in *Liliendale*, super hoc nostra venditione, & ipsarum legitima emtione, modo quolibet valeant in posterum molestari; Nos *Bernhardus*, *Henricus*, *Johannes* & *Otto*, Fratres de *Luneberge* prædicti, pro nobis & omnibus heredibus nostris, natis vel nascituris, firmam *Warandiam* jam dicto *Monasterio* præstamus, renunciantes simpliciter & expresse omni juri, quod nos & heredes nostri hætenus habuimus in præfatis bonis, vel quod competere potuerit in perpetuum; Insuper omnibus exceptionibus, Canonicis & Civilibus, per quas dicta venditio aliqua calliditate possit aliquatenus impediri. In cujus rei perpetuam memoriam Nos *Bernhardus*, *Henricus*, *Johannes* & *Otto*, Fratres; Insuper & *Henricus*, dictus *Carnap* Miles; *Otto* & *Erpo* Patruï nostri, dicti de *Luneberge*, præsentem paginam conscribi fecimus & Sigillis nostris eam communimus, ac omnibus, ipsam in perpetuum visuris, in testimonium evidens erogamus. Acta sunt hæc, præsentibus Domino *Johanne* de *Luneberge*, Cellerario Ecclesiæ *Bremensis*, Domino *Erpone* de *Line*, Archidiacono Ecclesiæ *Buccensis*, Domino *Reymberto*, Canonico Sancti *Willehadi*, *Erpone* & *Henrico*, filio ejus dictus de *Luneberge*, *Henrico* dicto *Carnap*, *Lippoldo* de *Brema*, *Heino* de *Santbeke*, *Ludero* de *Huda*, Militibus, *Henrico* de *Luneberge*, filio

Domini

Domini *Henrici, Hermanno, filio Henrici de Luneberge, & aliis quam pluribus fide dignis.*
Anno Domini MCCCXXVII. In die septem Fratrum.

XX.

Ottonis de LUNEBERGE Charta venditionis super domum unam in Garlstede, cum omnibus juribus & pertinentiis.

A. 1333.

Ne propter labilitatem humanæ memoriæ ea, quæ geruntur in tempore, oblivioni tradantur in posterum, solent acta hominum scriptis & testibus perennari. Hinc est, quod ego *Otto de Luneberge, Famulus,* ad notitiam omnium, tam præsentium quam futurorum, cupio pervenire, quod de unanimi voluntate & consensu uxoris meæ & filiorum meorum videlicet *Erponis Johannis, Ottonis, Henrici & Danielis,* nec non omnium heredum meorum, quorum interest consentire, & jure patrimonii possidere, vendidi Domine Abbatis, nec non Conventui Sanctimonialium, in *Liliendale,* domum unam in *Garlestede,* quam nunc temporis colit quidam *Henricus* nomine, dictus *Longus,* cum aquis, pascuis, pratis, lignis, silvis, agris cultis & incultis, cum omnibus juribus, & pertinentiis suis, ab omni Advocatio liberam, sicut ego hætenus possedi, ab
ipsis

ipsis jam dictis Monialibus justo emtionis ti-
 tulo perpetuis temporibus possidendam, paci-
 fice & quiete. Præterea, ne emtione præ-
 missorum bonorum alicujus molestiam, occasio-
 ne callida subinventa sustineant in futurum,
 promittimus præfato Monasterio in *Liliendale*,
 Nos *Otto, Erpo, Johannes, Otto, Henricus, &*
Daniel, filii mei, pro natis & nascituris, nos fir-
 mum præstare *Warandiam*, inviolabilem at-
 que justam, recognoscentes etiam in his scri-
 ptis viginti duas *Marcas*, *Bremensis* ponderis
 & argenti, pro prælibatis bonis nos recepisse,
 nobisque integraliter persolutas. Huic con-
 tractui testes interfuerunt *Erpo de Luneberge,*
Heino de Santbeke, Henricus de Luneberge, Hen-
ricus, Filius Domini Erponis de Luneberge, Mi-
lites, Erpo filius Henrici, & Hermannus Fra-
tres dicti, de Luneberge, & alii quam plures
 fide digni. In cujus venditionis per nos factæ
 evidens testimonium Sigillum meum, nec non
 filiorum meorum Sigilla, videlicet *Erponis, Jo-*
bannis, Ottonis, Henrici & Danielis præsentis li-
 teræ sunt appensa. Datum Anno Domini
 MCCCXXX tertio, feria tertia in Capite
 jejunii.

XXI.

Erici de LUNEBERGE Charta venditionis
super aream, sitam in Nigenkerken juxta
bona & prædia Monasterii in Li-
liendale. A. 1347.

Universis, hanc literarum visuris seu auditu-
ris, Ericus, Filius quondam Bernardi de
Luneberge, Johannes & Fridericus ejus filii, salu-
tem in Domino sempiternam. Recognosci-
mus & tenore præsentium firmiter protesta-
mur, quod nos cum voluntate & consensu
omnium heredum nostrorum vendidimus &
dimisimus religiosi Dominabus, Abbatissæ &
Conventui Monialium Monasterii in Liliendale,
Ordinis Cisterciensis Brem. diocesis, pro tribus
Marcis, Bremensis argenti & ponderis, nobis in-
tegraliter persolutis, unam aream, sitam in Ni-
genkerken juxta bona & prædia dicti Monaste-
rii, cum omnibus suis juribus, & pertinentiis
justæ emtionis titulo perpetuis temporibus
obtinendam, promisimusque dictis Abbatissæ
& Conventui super area prædicta facere &
præstare Warandiam firmam, inviolabilem,
atque justam. In cujus rei testimonium Si-
gilla nostra præsentibus sunt appensa. Datum
Anno Domini MCCCXLVII, in festo Nativi-
tatis beatæ Mariæ Virginis.

XXII.

Heyneken van Lunenberge Verkauf,
Brief, darinnen er dem Erzbischof Johan
Roden die halbe Wingste für 600.
Goldgülden, verkauft. A. 1498.

(Ex Membran, original.)

Ick Heyneke van Lunenberge, Knappe unde
Denstman des Stichtes tho Bremen, beken-
ne und betüge apenbar, vormy und myne Er-
ven, dat ick hebbe vorkofft, und vorkope
yegenwardigen in Kraft dieses Breves tho ey-
nem steden, vasten, ewigen Ervekope, dem
Erwerdigesten in Gode Vader und Hern, Hrn.
Johann, Ertzebischoffe tho Bremen, mynem
gnedigesten leven Heren, und dem Holder
desses Breves, mydt siner Gnaden Willen, de
ganzeliken Helfte der *Wingste* vor foshun-
dert gude vulwichtige Rinche Gülden, de
my deger un all tor Nöge wol betalet syndt,
und de ick gantz entfangen und vortin my-
ne, und myner Erven Nutt und Framen ge-
keret hebbe, und ick Heyneke hebbe vast ge-
laten, unde late yegenwardigen in Kraft des-
ses Breves demergenanten mynen gnedige-
sten

sten leven Heren, und dem Holder desses Breves, mydt siner Gnaden Willen, in de Besyttinge, Egendoem, und Were der ergenanten halven *Winxste* in aller Wyse und Mathe, als men Egendoem und Were friger Ervegudes tolatende plecht, und ick *Heyneke van Lunenberge*, Knappe vorbenömpt, und myne Erven willen und schölen dem genanten mynem gnedigsten Heren, und dem Holder desses Breves, midt siner Gnaden Willen, desses Ervekopes der Helfte der gantzen *Winxste*, mit aller örer Rechtigheidt, und Tobehöring, nichts buten bescheden, in Water, in Wischen, in Weyden, in Holten, Busch, Broeck, Mölen und Mölensteden, und vort mit aller Slachte-nut, rechte warden wesen, und Warscupp dhoen wanne, wor, und wovaken siner Gnaden, und siner Gnaden Medebenanten des Noth und Behoff is, und sine Gnaden, und siner Gnaden Medebenanten dat van uns eschen, edder esschen laten, gelick und in aller Mathe, als de Erwerdigste in Godt Vader und Here zalige Here *Giselbert*, wandages Ertzebischupp to *Bremen*, de gantze *Winxste*, mydt allererer Rechtigheidt und Tobehöringe dem gestrengen, und Erbarn Hern *Erppe van Lunenberge* und Hern *Augustin van dem Ostenbagen*, Ritters, wandags verkofft, und vor *Barmestede* mydt siner Tobehöringe verwesselt hefft,* na Lude und

* v. RENNERI Chronic. MSS, ad Ann. 1301.

und Inholde enes versegelden Breves, dem genanten Hern *Erppe* van *Lunenberge* und Hern *Augustino*, von dem genanten Hern *Gisberto*, Ertzebisshuppe, midt wetende und vulborde des werden Cappittels van *Bremen*, darupp gegeben und versegelt. Alle desse Articule bavenbeschreven zampt, und ein islich befundere, lave, und rede ick *Heyneke* van *Lunenberge*, vor my und all myne Erven geboren, und angeborn, in guden trowen stede, vast, und anverbraken wol to holdende, alse eynem framen Knapen behoret zunder alle arge List, nye Funde und Geverde gestlikes, ofte wertlikes Rechtes. Und des thomerer Zekerheidt und nochastiger Tüchnisse hebbe ick, vor my und myne Erven, myn rechte Ingesegel witlicker to dessen Breve heten hangen, und wy *Wilkinus* eyn begehene Ledemathe des Closters to *Hertzevelde*, und *Noytke* van *Lunenberge*, Gebroedere, des genanten *Heyneken* van *Lunenberge*, echte, rechte Zones bekennen, dat unse Vater, *Heyneke*, dessen Ervekop myt unsem Wetende und Vulborde gedaen hefft. Des to groter Orkunde und Tüchnisse der Warheidt hebben my ock unse Ingesegele mydt Weten und guten Willen by unses Vaders Ingesegel hangen laten, und ick *Otto Bicker*, Knape und Vedder des genanten *Heyneken*, bekenne, dat zodane Koepp midt mynem medewetende ys gescheen, worumb hebbe ick myn Ingesegel by der

genanten myner Veddern Ingefegel laten hangen; und wy *Claves* van *Itzendorp*, Schencke des Stichtes to *Bremen*, *Christoffer* van *Itzendorp* Gebroder, bekennen, dat wy an und aver dessen Ervekope gewesen syn; So hebben wy um bede willen der beyden Parthe unse rechten Ingefegele mydt weten vor dessen Bress laten hangen, de gegeben und gescreven ys nha *Gades Borth Dusent Veerhundert*, darnha an dem acht unde negentigsten Jahre, am Dage *Michaelis* Archangeli.

XXIII.

Ericus MARSCHALCHUS *Conventui in Liliendale X Marcas, ad comparandos redditus unius Marcae, donat, sub tali conditione, ut de eadem pro remedio animæ uxoris Martiliæ in ipsius Anniversario Conventui prædicto fideliter serviatur.*
A. 1318.

Ego *Ericus*, dictus *Marschalchus*, Miles, præsentibus firmiter protestor, quod de bona voluntate mea, & consensu filiorum meorum *Segebodonis*, *Henrici*, *Johannis* & *Ludolphi*, ac omnium heredum meorum, promissi *Dominæ* *Abbatissæ* & *Conventui Sanctimonialium in Liliendale* decem *Marcas*, *Bremensis* ponderis & argenti, ad comparandos redditus unius
Mar-

Marcæ, sub tali conditione, ut de eadem, pro remedio animæ uxoris bonæ memoriæ, *Dominæ Martiliæ*, in ipsius anniversario, *Conventui* prædicto fideliter serviatur; hoc adjuvantes, quod annuatim ad comparandum vinum dimidius ferti argenti de antedictis redditibus officio custodis persolvatur. Sed quia summam pecuniæ prænominatæ exsolvere non possum in præsentem, exposui sæpèdictis *Monialibus* in villa *Resmorensi* bonæ, quæ me hæreditario jure contingunt, videlicet *Modium* unum *Stadensem* filiginis cum fertone *Bremensis* argenti, ad præmissa exsolvenda, quoad usque summa pecuniæ, sicut prædiximus, exsolvatur; Hanc præterea potestatem prælibato *Conventui* & eorum nunciis in ipsis bonis conferendo, ut si talis census non solveretur tempore suo, ab ipsius *Colonis* possent & deberent licite extorquere. Ut autem hæc robur firmitatis obtineant, ego *Ericus*, dictus *Marscalchus* Miles, meo sigillo, & *Segebodo*, filius meus, suo pro reliquis filiis meis, *Henrico*, *Johanne* & *Ludolpho*, qui Sigillis carent, firmiter communimus præsens scriptum. Huic donationi testes interfuerunt Dominus *Johannes Marscalchus*, *Canonicus Bremensis*, Dominus *Thidericus*, *Plebanus in Otterstede*, *Hermannus de Apen*, *Segebodo de Elme*, *Albertus de Stelle*, *Famuli*, & alii quam plures fide digni. Datum Anno Domini M. CCC. octavo decimo, In Dominica post *Luciæ*,

XXIII.

Giselbertus & Harbertus fratres, dicti de
 WERSEBE, cum consensu filiorum &
 Fratrum vendunt Monasterio in Lilien-
 dale dimidium campum in Uthlede, qui
 dicitur Smergen - Camp.

A. 1339.

Ob varietatem hominum oportet ea, quæ
 aguntur in tempore, per scriptum memo-
 riæ commendare. Hinc est, quod Nos Gisel-
 bertus & Harbertus fratres, dicti de WERSEBE,
 notum facimus omnibus, præsentem literam
 visuris & auditoris, quod cum voluntate &
 consensu Thiderici & Bernhardi filiorum meo-
 rum, nec non Johannis & Thiderici fratrum no-
 strorum, insuper omnium Heredum nostro-
 rum, quorum interest consentire, vendidi-
 mus Dominae Abbatissæ & Conventui Monia-
 lium in Liliendale, Ordinis Cisterciensis, Bremensis
 Diocæsis, Fratrem Bernhardo tunc temporis
 provisionem ejusdem Monasterii agente, di-
 midium Campum in Villa Uthlede, qui dicitur
 Smergen Camp, pro septem Marcis & fertone,
 Bremensis ponderis & argenti, nobis integra-
 liter persolutis. Huic venditioni Testes in-
 tertuerunt Otto dictus Purreke, Nicolaus dictus
 Purreke, Nicolaus & Luderus fratres, dicti de
 Gerlestede & alii quam plures fide digni. Ut

autem hæc rata maneant & inconvulsa, Nos Giselbertus & Harbertus fratres, Thidericus & Bernhardus, filii Giselberti, nec non Johannes & Thidericus fratres, dicti de Wersebe, præsentem literam Sigillorum nostrorum appensione firmiter communimus. Datum & actum Anno Domini M. CCC. XXXIX. Dominica Pascha, qua cantatur: Jubilate Deo,

XXV.

Nobilium de WERSEBE conventio, quæ Holtim dicitur, in sylva Woldesbotle facta præsentem Domina Abbatissa Vallis-Liliorum. A. 1357.

Quoniam labilis memoria hominum transit cum tempore, necesse est, ut ea, quæ aguntur, ad notitiam futurorum literarum testimonio confirmantur. Hinc est, quod nos Thitmarus, Luderus, dictus Vosloge, Marquardus, Luderus, filius Thitmari. Johannes & Heyne, filii Henrici Famuli, omnes dicti de WERSEBE, notum facimus, tam præsentibus quam futuris, hoc scriptum intuentibus, quod in Sylva Woldesbotle conventionem factam, quæ Holtim dicitur, cum consensu omnium Heredum nostrorum, quorum interest consentire, præsentem Domina Abbatissa Vallis Liliorum, statuimus inter nos, ut Sylva dicta, Vtedebrock in in communem Sylvam civium, vulgariter

vocatam *Holtmark*, denuo, ut olim fuerat, transibit perpetuo mansura, sub tali conditione, quod coloni de *Heine*, per consensum *Holtgravii*, præsentibus tamen juratis, ligna ad usum ipsorum necessaria cedere, ac secare poterunt, absque alicujus impedimento. In cuius rei testimonium nos prænominati præsentem Literam Sigillis nostris firmiter communimus, Datum & actum Anno Domini M. CCC. LVII.

XXVI.

Luderus de WERSEBE bona quedam, sita in Wurtflete, permutat cum quinque domibus, sitis in Gerlestede.

A. 1359.

Ne modernorum hominum versutia Christo servientes Religiosos bonorum fructu privet & extirpet, necesse est testimonio literarum confirmari, quæ ad notitiam futurorum cupimus pervenire. Hinc est, quod ego *Luderus parvus*, dictus de *WERSEBE*, singulis ac omnibus, tam præsentibus, quam futuris, præsentium testimonio protestor & declaro, quod cum pleno consilio & matura deliberatione, ac firma, Dominæ *Jutte* meæ Conthoralis legitimæ, ac omnium heredum meorum verorum favore & consensu, ad honorem Dei, & intemeratæ matris suæ *Mariae*,
nec

nec non ob salutem animæ meæ perpetuam, etiam propter me & ipsius commodum & profectum, firma, stabili ac perpetua permutacione permutavi cum religiosa Domina Dna. *Gertrude* Abbatissa, totoque Monialium Conventu in *Liliendale*, cum duabus terris integris, sitis in *Wurtflete* ab eisdem de me receptis, quas ad præsens *Henricus Gothfredi* colit & inhabitat, quarum una pro triginta novem *Marcis Bremens.* aliunde extat obligata, a jam dictis Monialibus retinenda seu redempta, cum omnibus agris cultis & incultis, pratis, silvis, & nemoribus, & omnibus juribus, ad prædicta bona spectantibus, pro quinque domibus sitis in *Gerlesede*, ad jam dictum Cœnobium spectantibus, cum omnibus earum juribus, quarum tres, quas coluerant aliquando *Johannes Pennynkbutle, Thidericus Corf, Borchardus Eylinch,* ad vitæ ductum tantummodo possidebo, post mortem autem meam cum omnibus juribus ad prædictum Conventum, ut fuerant, perpetuo permanebunt. Demptatum & excepta est, a jam dictis Monialibus cum meo pleno consensu & voluntate, ac omnium heredum meorum, una area ad construendum horreum decimale cum tribus proprietatibus in silva, proprie dictis *Echwert*, & duabus peciis terræ, quæ vulgariter *Stücke* dicuntur, eisdem appropriatis. Supradictas vero terras liberas & ab omni jure feudali & advocatia solutas, veluti a nostris Progenitoribus possedimus,

dimus, pro omnibus etiam meis veris hæredibus natis & nascituris, ac omnibus impetitionibus, promisi, & in præsentibus rata fide promitto, prædictæ Abbatissæ totique Conventui in *Liliendale*, ac eorum successoribus in jam dictis terris, cum omnibus earum juribus ac pertinentiis pleno jure & fructu habendis & possidendis, ab omni jure feudali, servitute & advocatia liberis & solutis, præstare *Warandiam* firmam, inviolabilem, atque justam, ubi & quando ab ipsis, aut earum Successoribus, vel certo nuntio moniti fuerimus, loco & tempore ipsis opportunis. Ad majorem autem evidentiam certificationis & confirmationis, ac perpetuum stabilimentum facti supra scripti, Nos *Thitmarns* & *Luderus* filius suus, *Luderus*, dictus *Vosloge*, *Herbordus*, *Thidericus*, filius *Giselberti*, *Johannes* & *Heyne*, filii *Henrici*, *Thidericus* & *Christianus* fratres, *Marquardus* & *Thidericus* Famuli, dicti de *Wersebe*, cum consensu omnium nostrorum Heredum, ad petitionem sæpe dicti Patruis nostri *Luderi*, hanc permutationem, seu appropriationem, ratificamus & confirmamus, ac jam dictas terras cum omni jure liberatas, & ab omni jure feudali & advocatia solutas, una cum tribus domibus in villa *Gerlestede* & earum omnibus juribus supra scriptis, post obitum dilecti Patruis nostri, ad prædictum conventum Monialium innodamus, incorporamus, & eidem perpetuo appropriamus. In quorum omnium

robur firmum, perpetuique testimonii stabilimentum, Nos *Luderus, Dithmarus, & Luderus* filius suus, *Luderus*, dictus *Vosloge*, & nos alii suprascripti Famuli de *Wersebe*, sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Datum & actum Anno Domini Millesimo tricentesimo quinquagesimo nono, ipso die Beati Ambrosii Episcopi.

XXVII.

Ghiseke unde Herman van WERSEBE
Bref, darin se dem Convente to dem Lili-
endale en Verendel Landes to Rechtebe
gevet un latet to ene Provene vor Greten
erer Suster. A. 1386.

Wy *Ghiseke unde Hermen*, Brödere, geheten van *WERSEBE*, ichteswanne *Sones Hermens van Wersebe*, dem Godt gnadig sy, unde *Johan van Wersebe*, anders geheten *Loyke*, unde *lange Johan van Wersebe*, unde *Cersten van Wersebe*, anders geheten *Vosloge*, doet kundig unde witlick all den gennen, de dessen Breef seet edder horet lesen, unde bekennet, un betuget openbahr in desser Schrift, dat wy mit *Vulborte* all unser rechten Erven, boren unde aneboren, unde mit *Vulborde* unser erachtigen *Modere*, hebbet gegeven unde laten, latet unde gevet mit guden
 Wil.

Willen an dessem Brese den geistliken Jungfrowen, vor *Greten*, der *Ebbedischen*, unde dem menen Convente des Closter to dem *Liliendale*, des Ordens van *Cisters*, belegen an dem Stichte to *Bremen*, unles rechten vaderliken Erves vryges Gudes enen Verendel Landes to *Rechtebe*, de gelegen is de dorde van der *Rechtebe*, den nu to Tyden bowet *Johann de Rese*, an Godes Ehre unde sunte *Marien*, vor *Greten* unser leven Suster Provene, dem vorbenometen Closter to dem *Liliendale* to besitten. Vortmeer so bekenne wy *Ghyseke* unde *Hermen*, Brodere, *Hermens Sobne van Wersche*, de geslagen ward van den *Fresen*, unde *Johan van Wersche*, anders geheten *Loyke*, unde *Johan van Wersche*, anders geheten *de lange Johan*, unde *Cersten van Wersche*, anders geheten *Vosloge*, dat wy, noch alle unse Erven boren unde aneboren, un all der gennen, de dat mit Rechte byspreken mögen na desseme Dage, an den vorbeschrevenen Verendel Landes, un an all der Tobehoringe nicht rechtes, noch nicht egens en heben, un nummermehr dar nener hande anklage, noch ansprake, mogen ofte willen an doen. Hierenboven, so loven wy an trowen dem vorbeschr. Clostere to dem *Liliendale*, un dem menen Convente, un all den, de desen Bref mit des Kloster Willen hebbet, ene stede, vaste, untobrakene Warscup, sunder Argelist, to donde, wanne un wor, un wo dick dem Clo.

Closter des noth is , unde se des van uns
 eschende sint. To ener vasten Betuginge un-
 ses Willen und Vulbordes deser Medegift un-
 de Latinge, so hebben wy Gbiseke, unde Hermen,
 Hermens Sohne van Wersebe, unde Johan van
 Wersebe, unde Cersten van Wersebe, anders ge-
 heten Loyke, unde lange Johan van Wersebe,
 unde Cersten van Wersebe, anders geheten Vos-
 loge, Marquard unde Henrick, labmen Johannes
 Sohne van Wersebe, unde Hinrick, langen Johan-
 nes Sohn van Wersebe, unde Johan van Wersebe,
 Thideriks Sohne, unde Junge Johan van Wersebe
 van der Meyenborch, witliken unse Ingese-
 hangen an desem Brese. Na Godes Bort du-
 sent Jar, drehundert, an den festen unde achtegsten
 Jare, an den hilgen Dage sunte Lucien der hilgen
 Jungfrowen.

XXVIII.

Kersten van WERSEBE verkoft dem Klo-
 ster to dem Liliendale vor tein Bremer
 Mark enes Verendels Tegende up den
 Steller-Felde. A. 1391.

Ick Kersten Knappe, geheten van' Wersebe, an-
 ders geheten Vosloge, bekenne und betüge
 openbar an desser Schrift vor alle de genen,
 de dessen Bref seet, edder höret lesen, dat
 Ick mit Willen un mit Vulborde des olden

Johannes, Mertens, des jungen Johannes, Henricus,
langen *Johannes* Sohne, alle geheten van
WERSEBE, miner Veddern, un alle miner
Erven, boren un aneboren, verkope un hebbe
verkoft an desem jegenwardigen Brese der
geistliken Vrouwen vor *Margareten* der Ebbe-
dischen un den gantzen menen Convente des
Klosters *sunte Marien* to dem *Liliendale*, vor
tein Bremermark, de my deger un all an guden
gittigen Gelde na Willen sint beret, enes Ve-
rendels Tegende, de geheten is de *grote Ver-*
dendel up den *Steller Felde*, de gelegen is manck
des Klosters Tegenden, an Gest, un an Marsch,
mit aller Tobehøeringe, vor enen rechten,
steden, vasten Ervekop, ewichliken to ewi-
gen Tyden to besittene, un to brukene. Un
Jck vorschreven *Carsten van Wersabe*, anders
geheten *Vosloge*, un olde *Johan, Merten,*
junge Johan, Henrick, langen *Johans* Sohn, al-
le geheten van *Wersabe*, unde alle mine Er-
ven hebbet der vorschrevenen Ebbedischen,
unde dem Convente des Klosters to dem *Li-*
liendale de besittinge, un den Egendom des
vorschrevenen groten Verdendels Tegenden
in de Were gelaten, als men Besittinge, un
Egendom Tegenden, unde vryes Ervegudes,
to latene plecht; Un Jck un mine Erven bo-
ren un ungeboren schölet un willet deme
Kloster des groten Verdendels Tegenden
rechte wurende wesen, wanne, wor un
wo dicke dem Kloster des nothis, un wy
darto

darto eschet werdet, To ener vasten wif-
 sen Betügenisse vastliken, unde unvorbraken
 to holdene, so hebbe Jck Cersten *van Wersebe*,
 anders geheten *Vosloge*, mit miner Veddern
 olden *Johanns van Wersebe*, *Mertens van Wersebe*,
 jungen *Johans van Wersebe*, *Henrikes van Wer-*
sebe, langen *Johans* Sohne, unse Ingelegele
 witliken hangen an desem Brefe. Na Gades
 Borth *Dusent* Jar *drehundert* an den en un *negen-*
tigsten Jare, an den hilligen Dage sunte *Stef-*
fens, alle syn bente upgenahmen wart.

XXIX.

Hinrich van WERSEBE, Borchman to
Hagen, verkoft dem Kloster to dem Liliend-
dale sinen Hof unde Gud, dat gelegen is
to Harendorpe. A. 1431.

Ick *Henrich van WERSEBE* Knappe, *Borch-*
man to Hagen, lamen *Johannes* Sone, beken-
 ne un betüge openbahre an desem Brefe, vor
 alle de genen, de em seet edder höret lesen,
 dat Jck mit *Willen* un *Vulbord Metten*, miner
 echten Housfrowen, un alle miner rechten
 Erven, hebbe verkoft un verkope gegenwar-
 dich an desem Brefe, to enem steden, vasten
 Ervekope, der erliken gestliken Jungfrowen
Lutgarden van der Hude, *Ebbedischen*, *Tibben*,
Priornen, un deme gantzen Convente des
 Klosters to dem *Liliendale*, gelegen an dem
 Stich.

Stichte to *Bremen*, un eren Nakomelingen, minen Hoff unde Gud, dat gelegen is to *Harendorpe*, unde nu to Tiden bowet *Johan Huchting*, mit der Were, mit Ackern, bowet un ungebowet, mit Holte, mit Heide, mit Watern, mit Wischen, mit Weyde, unde sundrigen mit ener Wische, gelegen uppe deme *Scregen*, dat myn vryge Ervegutis, unde nicht en horet to mynen *Borchlebne*. Vortmer nicht uthespraken van rechten ewigen Ervekopes wegene vor vry Ervegud vryliken hebbende unde to besittende vor ses unde vertich *Beemer Mark*, de my deger un all sint betahlet, un an myne nut gekamen. Un hebbe en gelaten den Egendom un Besittinge vryges Ervegudes vorschr. in ere egentlike hebbende brukeliken Were, so man vry Ervegud van rechte tolatende plecht. Un ick *Hinrich van Wersebe*, un myne rechte Erven, scholet un willet deses vorschr. Gudes rechte warende wesen desen vorschr. Vrowen unde eren Nakomelingen, wanne, wor un wo dicke on des Behuf un Not is, unde ick, ofte mine rechte Erven, dato eschet werden. Alle dese vorschr. Stucke lave ick *Hinrich van Wersebe*, vor my unde vor *Metten*, myner Housfrowen, unde vor alle myne rechten Erven, troweliken unde vastliken to holdende sunder genigerlye Argelift edder nyge Funde, de my edder mynen Erven mochten to Hulpe komen, unde desen erben. Vrowen ofte
eren

eren Nakomelingen to schaden. Un des to merer Bekentnisse un Betüchnisse hebbe ick *Hinrich* vorben. min rechte Ingesegele witliken hangen heten an dessem Bref. Geven unde schreven na Gades Borth MCCCC. darna in deme en un drittigsten Jare, des Sondages to Mydvasten.

XXX.

Arnoldi de WETE Charta, qua Conventu in Liliendale vendit quatuor pecias terræ, dictas Damlant, sitas in Merselingerbroke. A. 1340.

Universis hanc literam visuris seu auditoris *Arnoldus de WETE* Famulus, *Erpo*, & *Hermannus* filii sui, salutem in Domino sempiternam. Recognoscimus & tenore presentium firmiter protestamur, quod nos cum voluntate & consensu omnium heredum nostrorum vendidimus religiosis Dominabus *Elisabeth*, Abbatissæ, & Conventui Monialium Monasterii in *Liliendale*, Ordinis *Cisterciens. Bremensis* Diocæsis, pro decem & novem Marcis *Bremensis* argenti & ponderis, nobis plenarie persolutis, quatuor pecias terræ, dictas *Damlant*, sitas in *Merselingerbroke* juxta bona dicti Monasterii, cum decima & agris, cultis & incultis, pratis ac pascuis, ac omnibus aliis juribus, ac pertinentiis suis, pro hæreditate libera justo emtionis

titulo in perpetuum obtinendas; dimissimusque dictis Abbatissæ & conventui dictarum peciarum terræ possessionem, quemadmodum bonorum ac prædiorum possessio dimitti hactenus est consueta. Cæterum Nos & Strenui Viri, Dominus *Luderus de Huda* Miles, & *Hermannus de Mercele* famulus, una nobiscum & Nos una cum eis, in solidum fide data promissimus, & in his scriptis promittimus, Dominae *Elisabeth* & Conventui, facere & præstare super prænominatis peciis terræ, ac decima, & suis juribus & pertinentiis, *Warandiam* firmam, inviolabilem atque justam. In cujus rei testimonium Sigilla nostra præsentibus sunt appensa. Et Nos *Luderus de Huda*, Miles, & *Hermanus de Mercele*, Famulus, prædicti, in evidens promissionis per Nos factæ, ac omnium promissorum, testimonium etiam Sigilla nostra præsentibus duximus apponenda. Datum Anno Domino MCCCXL, In die Beatae *Agnetis* Virginis,

usque
pecia-
am bo-
hacte-
strenui
& Her-
um &
promi-
ominæ
e super
a, &
am fir-
cujus
is sunt
les, &
in evi-
nium
nostra
Datum
Agne-

MONUMENTA INEDITA

Historiam

FAMILIARVM EMOR-
TVARVM

ARCHIEPISCOPATVS
BREMENSIS

ILLVSTRANTIA.

Sorbericht.

Daß die Nachrichten der ausgestorbenen Gräflichen und Adellichen Geschlechter ihren Nutzen haben, und der Historie in vielen Stücken ein nicht geringes Licht geben, wird niemand läugnen; noch auch die Arbeit dererjenigen verwerfen, welche, wie Herman Hamelmann, und andere, das Andenken der schon längst ausgestorbenen Geschlechter der Vergessenheit zu entreißen, sich bemühet haben. Von denen ausgestorbenen Grafen von Stotel haben wir p. 91. und p. 388. u. f. einige Urkunden mitgetheilet; welchen die gegenwärtige kan beigefüget werden. Die übrige, ist auch zuerst ans Licht tretende, betreffen die ehemalige hochadeliche Geschlechter des Erz-Stifts Bremen, genant die Düvel, die von Duvendorth, die von Marßel oder Merzele und die von Stelle.

- I. *Johannis, Comitis de STOTLE, Charta donationis, qua terram unam in Wurtflete confert Monialibus in Liliendale, circa ann. 1320.*

II. *Hermannus & Johannes*, dicti DUEVEL, Monasterio in *Liliendale* conferunt domum unam in *Bulverstede*, A. 1333. Auch *Lüneberg Mushard* in seinem Denckmal p. 286. u. f. gedenket dieses ausgestorbenen Geschlechtes, und bemerket / daß die Herren von *Honhorst* den Beinamen die *Düvel* geführet. Das hochadeliche Geschlecht aber der von *Honhorsten*, welches von dem Dorfe *Honhorst*, in der *Groß Bogtey Celle* gelegen, den Nahmen soll bekommen haben, und von *Johann Friedrich Pfeffingern* in der *Historie des Braunschweig: Lüneburgischen Hauses* T. II. p. 1063. u. f. beschrieben wird, ist von diesem ausgestorbenen Adlichen Geschlechte von *Honhorst*, welche die *Düvel* zugenamet werden, unterschieden / wie aus den *Wapen* sattsam abzunehmen.

III. *Nobiles de DUVENWORTH* omnia bona, quæ habuerunt in *Lesmona*, vendunt Monasterio in *Liliendale* A. 1307. So zahlreich auch zu der Zeit das Geschlecht der von *Duvenworth* annoch gewesen; so ist es doch längstens schon ausgestorben. *Lüneberg Mushard* lehret uns in seinem Denckmal p. 221. daß die von *Duvenworth* auch sonst von *Bunkenborg* seyn genannt worden.

IV. *Johannis de MERCELE* Charta venditionis super bona quædam in *Lesmunderbroke*. A. 1314. R r 3 V.

- V. *Johannis* de MERCELE Charta venditionis super bona quædam in *Mercelingerbroke*. A. 1320. X
- VI. *Herwardi* de MERCELE Charta, qua Monasterio in *Liliendale* vendit decimam domus unius in *Villa Mercele*. A. 1351. X
- VII. *Johannis* de KEDINGEN Charta, qua Monasterio in *Liliendale* vendit decimam domus unius in *Villa Mercele*. A. 1351. X
- VIII. *Hermanni* de MERCELE Charta, qua Monasterio in *Liliendale* vendit decimam domus unius in *Villa Mercele*. A. 1351. X
- IX. *Johannis* de KEDINGEN Charta, qua Monasterio in *Liliendale* vendit decimam per duas domos sitas in *Mercele*. A. 1355. X
- X. *Arend van MERCELE Revers - Bref JOHAN BOLEKEN un finer Housfrowen* gegeben. A. 1468. Das schon vor etliche hundert Jahre ausgestorbene Adelige Geschlecht der von *Mercele*, oder *Marfel*, welches auch sonst von *Kedingen* genannt worden; davon diese Urkunden handeln, hat in der Grafschaft *Lesmon* seinen Erbsitz gehabt/ an dem Orte, welcher noch heutiges Tages *Marfel* genennet wird, vor Zeiten aber, wie *Lüneberg Mushard* in seinem *Denckmal* p. 400. will, *Marisgate* geheissen/ ohne Zweifel deswegen, weil daselbst das durch die beiden Ströme der *Wumme* und *Zamme* häufig herunter stürzende Meers Wasser eine Oefnung findet, und sich durch den

den Mund der Leeste in die Weser ergiesset.

- XI. *Nicolai de STELLE* Charta, qua *Bernhardo de Pestorpe & Godescalco de Wildeshusen, Civibus Bremensibus*, vendit dimidium quadrantem terræ, situm in *Horne*. A. 1325.
- XII. *Hermanni de STELLE* Charta, qua Monasterio in *Liliendale* quosdam agros arabilis terræ in *Lesmona* obligat pro quinque Marcis. A. 1330.
- XIII. *Hermanni de STELLE* Charta Venditionis super unam partem terræ in Campo *Lesmonensi*. A. 1330.
- XIV. *Henricus de STELLE* vendit Monasterio in *Liliendale* decimam in *Stellerbroke*, una cum minutis decimis, quæ *Ochtum* dicuntur. A. 1333.
- XV. *Henrici & Johannis de STELLE* Charta, qua Monasterio in *Liliendale* vendunt bona quædam *Nicolai de Stelle*, sita in *Stelle*. A. 1335.
- XVI. *Nicolai de STELLE* Charta, qua *Johanni Punt, Civi Bremensi*, vendit ac dimittit dimidium quadrantem terræ situm in *Horna*. A. 1345. Daß die Herren von Stelle vor Zeiten sehr mächtige Dienst-Männer des Erz-Stifts Bremen gewesen, und das Gericht zu Neu-Kirchen an der Weser, nebst vielen andern Gütern, welche ihnen der Erz-Bischof Liemaricus gegeben, besessen haben, imgleichen, daß ihr Erb-Sitz zu *Steller-Broke* gewesen, daher sie auch

von dem Broke zugenahmet worden, ist in
Luneb. Musards Denkmäl p. 508. u. f.
mit mehreren zu lesen.

I.

Johannes, Comes de STOTLE, terram
unam in Wurtflete confert Monialibus
in Liliendale. Circa ann.

1320.

* *
*

Universis Christi fidelibus præsens scriptum
visuris Johannes, Dei Gratia Comes in
STOTLE, salutem in Domino. Ut ea, quæ
præsentibus agunt, in notitiam veniant postero-
rum, necesse est, ea scripto commendari.
Hinc est quod notum fieri cupio, tam præsen-
tibus quam futuris, quod *Erpo*, Miles, filius
Henrici, Militis de *Brema* & fratres sui, terram
unam in *Wurtflete*, quam a me titulo tenuerunt
feudali, mihi libere & benevole resigna-
runt. Ego vero, Dei & gloriosæ ejus Gene-
trici intuitu, ad petitionem ipsorum contuli
Monialibus in *Liliendale*, Ordinis *Cisterciens.* pro-
prietatem præfatæ terræ, cum omni integritate
& jure, perpetuo possidendam. Ut autem hoc
ratum & inconvulsam permaneat præsentem
paginam Sigilli mei munimine roboravi,

II.

Hermannus & Johannes, *dicti DüVEL,*
Monasterio in Liliendale conferunt do-
num unam in Bulverstede.

A. 1333.

Quicquid religiosis & Domino servientibus
 ex benevolentia confertur largitate, oportet
 literarum testimonio confirmari, ne per
 ignorantiam pravorum hominum valeat ir-
 ritari. Hinc est quod Nos *Hermannus & Jo-*
hannes fratres, dicti *DUVEL,* Famuli, filii Do-
 mini *Marquardi Duvel,* notum esse volumus
 omnibus, praesens scriptum visuris, & auditu-
 ris, quod de unanimi voluntate & benepla-
 cito omnium heredum nostrorum, quorum
 interest consentire, contulimus Dominae
 Abbatissae, nec non Conventui Monialium in
Liliendale, Ordinis *Cisterciensis,* domum unam in
Bulverstede cum aquis, pascuis, pratis, lignis,
 agris cultis & incultis, nec non cum omni
 jure & pertinentiis suis, sicut hactenus pos-
 sedimus pacifice & quiete, pro remedio ani-
 mae parentis nostri Domini *Marquardi,* dicti
Düvel, & pro anima Dominae *Gertrudis,* pia
 memoriae, uxoris meae, ad annua anniversaria
 peragenda, ut jam dictorum memoria a praedictis
 Monialibus perpetuis temporibus devo-
 tius peragatur, quatenus omnium spiritualium
 actionum, quae in earum fiunt Monaste-

rio, publice vel privatim, participes efficiantur. Ut autem hæc donatio sæpe dictis Monialibus firma maneat & inconvulsa, Nos *Hermannus* & *Johannes* fratres, filii Domini *Johannis*, dicti de *Escherden*, Milites, sigillis nostris præsentem literam firmiter communimus. Testes hujus rei sunt *Arnoldus* Capellanus beneficiatus in *Ottersberge*, *Henricus* de *Honhorst*, *Bernhardus* de *Huda*, *Hermanus* *Cluve*, Milites, *Johannes* de *Huda*, *Johannes* de *Trochle* Famuli, & alii quam plures fide digni, pro natis quoque & nascituris in præfatis bonis *Warandi* am firmam præstamus Monasterio prælibato. Datum Anno Domini *MCCCXXX*. terno, in die beati *Thomæ* Apostoli.

III.

Nobiles de DUVENWORTH omnia bona, que habuerunt in *Lesmona*, Monasterio in *Liliendale* vendunt.

A. 1307.

Nos *Robertus*, *Johannes*, *Otto*, *Thomas*, & *Erpo*, fratres, ac *Johannes* *Patruelis* noster, dicti de *DUVENWORTH*, recognoscimus, & tenore præsentium protestamur, quod de consensu omnium hæredum nostrorum vendidimus Domino *Winando*, *Provisori* in *Liliendale*, ad manus *Abbatissæ* & *Conventus* loci ejusdem, omnia bona nostra, quæ habuimus
in

in *Lesmona* pro triginta Marcis, dimidia minus, *Bremensis* argenti & ponderis, iusto emtionis titulo perpetuis temporibus possidenda, recognoscentes, nobis dictam pecuniam esse totaliter persolutam. Promittimus etiam præfato Domino *Winando*, Abbatissæ & Conventui prælibato, præstare in prædictis bonis plenam & debitam *Warandiam*. Præterea tenore præsentium promittimus, quod proprietatem dictorum bonorum ad manus supradicti Conventus tenebimus dimittere, ac eam liberaliter dimittemus, quandocunque ab Archiepiscopo *Bremensi* ipsam poterunt obtinere. In cujus rei testimonium Sigillam nostræ progeniei præsentis literæ duximus apponendum. Facta est hæc emtio præsentibus *Gerhardo*, dicto *Stedingh*, *Alberone*, dicto *de Clawenbeke*, Militibus, *Arnoldo de Nyenlande*, *Arnoldo de Clawenbeke*, Famulis, *Johanne de Haren*, *Eylardo*, dicto *Wyman*, *Boydekino*, dicto *Bulle*, Civibus *Bremensibus* & aliis plurimis fide dignis. Datum Anno Domini MCCC. septimo. In die beatæ *Agnæ* Virginis & Martyris.

IV.

Johannis de MERCELE Charta venditionis super bona quedam in Lesmunderbroke. A 1314.

Ego *Johannes*, dictus de *MERCELE*, præsentibus firmiter protestor, quod de volun-

luntate & pleno consensu uxoris meæ, Dominæ *Walburgis*, & filiorum meorum, *Hermanni*, *Ottonis*, *Johannis* & *Thiderici*, vendidi *Abbatissæ* & *Conventui Sanctimonialium in Liliendale*, de libera hæreditate mea in *Lesmunderbroke*, partem unam, quæ vulgariter dicitur *Tom Stucke*, pro duabus *Marcis Bremensis* argenti perpetuis temporibus libere possidendam. Huic venditioni Testes adfuerunt *Willekinus de Mercele*, *Henricus de Stendorpe*, *Henricus Dunker*, *Henricus Wittinck*, & alii quam plures. Et ut hæc venditio futuris temporibus firma perseveret, sigilli mei appensione præsens scriptum nihilominus roboravi. Datum anno Domini MCCC, quarto decimo, Octavo Idus Maji.

V.

Johannis de MERCELE Charta venditionis super bona quedam in Mercelingerbroke. A. 1320.

Ego *Johannes* famulus, dictus de *MERCELE*, & filii mei, *Hermannus* & *Otto*, & *Johannes*, & *Thidericus*, recognoscimus firmiter protestando, quod de unanimi consensu heredum nostrorum vendidimus *Dominæ Abbatissæ* & *Conventui Monialium in Liliendale* pro octo *Marcis* & *fertone, Bremensis* ponderis & argenti, unum *Stucke*, quod vulgariter dicitur *Thom Stucke*

Stucke in *Mercelingerbroke*, nec non sex *Stucke* in eadem villa, quarum quinque adjacent lignis Domini *Mauriti*, & unum super - - - cum omni hereditario jure, quod nos in eisdem bonis contingebat, pro natis & nascituris *Warandiam* firmam præstantes, promissimus fide data, quam promissionem frater *Bernhardus*, tunc temporis ejusdem Monasterii Procurator, & frater *Henricus*, Officialis curiæ in *Lesmona*, receperunt nomine Claustrî. Ut autem hæc venditio processu temporis permaneat inconvulsa, filiis meis Sigillo carentibus, ego *Johannes* appensione Sigilli mei communio præsens scriptum. Testes hujus rei sunt *Willekinus* & *Gherwardus*, dicti de *Mercele*, *Hermannus*, filius *Gherwardi*, *Henricus Ducker*, *Henricus Wittinck*, *Johannes*, filius *Jacobi*, & alii quam plures fide digni. Datum trans *Lesmonam* Anno ab incarnatione Domini MCCCXX. feria quinta post *Quasimodogeniti*.

VI.

Gherwardi de MERCELE Charta, qua Monasterio in Liliendale vendit decimam domus unius in villa Mercele.

A. 1351.

Quoniam mutabilitati subjacent universa, prudens decrevit antiquitas, ut in contra-

tractibus & negotiis utamur testimoniis literarum, ne longinquitate temporis error subrepat oblivionis. Hinc est, quod ego *Gherwardus*, filius *Hermanni de MERCELE*, notum facio omnibus, præsens scriptum intuentibus, quod de consensu & voluntate patris mei ac *Marquarti*, filii mei, nec non omnium heredum meorum, quorum interest consentire & jure patrimonii possidere, vendidi *Dominæ Gertrudi*, *Abbatissæ* & *Sanctimonialibus* in *Liliendale*, ordinis *Cisterciens. Bremensis* diœces. decimam unius domus in villa dicta *Mercele*, quam coluit *Martinus*, dictus de *Brundorpe*, cum omni pleno jure & attinentiis suis, per agros cultos & incultos in utrisque campis dictis *Geist* & *Mersch*, pro decem & novem marcis mihi ad placitum persolutis, ac minutam decimam, ab omni Advocatia seu impetitione liberam, justo emtionis titulo in perpetuum possidendam. Cæterum præcavere cupiens, ne calumniis adversantium memoratæ *Moniales* super hoc venditione modo quolibet valeant in posterum molestari, Ego *Herwardus* & filius meus *Marquardus*, *Hermannus* Pater meus, *Ludolphus*, frater meus, dicti de *Mercele*, nec non *Johannes de Kedingen*, pro Nobis & omnibus heredibus nostris, natis & nascituris, firmam præstamus *Warandiam*, renunciantes simpliciter & expresse omni juri, quod Nos hæctenus habuimus in præfata decima, vel quod competere poterit in perpetuum. In
cujus

cujus rei memoriam præsentem paginam sigillis nostris communimus, ac omnibus ipsam intuentibus in testimonium evidens erogamus. Datum Anno Domini MCCCLI. Dominica in *Sexagesima*.

VII.

Johannis de KEDINGEN Charta, qua Monasterio in Liliendale vendit decimam domus unius in villa Mercele.
A. 1351.

Quoniam formidolosa rerum varietas humanis sæpe artibus adversatur, si super abundanti præventa non fuerit cautione. Ego Johannes famulus, dictus de KEDINGEN, ad notitiam omnium, tam præsentium quam futurorum, cupio pervenire, quod de consensu & voluntate filiorum meorum, scilicet *Henrici, Willekini, & Hermanni*, nec non omnium heredum meorum, quorum interest consentire, vendidi Domine Gertrudi Abbatisse & Conventui Monialium in *Liliendale*, Ordinis *Cisterciensis, Bremensis* diocesis, decimam unius domus in villa Mercele, quam colit quidam dictus *Thaleman*, cum omni pleno jure, ac minuta decima, in agris cultis & incultis per utrosque campos, dictos *Geist & Marsch*, pro tredecim Marcis *Bremensis* ponderis & argenti

ti mihi integraliter persolutis, ab omni onere impetitionis liberam, justo emtionis titulo pro hæreditate libera perpetuo possidendam. Ut autem hæc venditio robur firmitatis obtineat, Ego *Johannes de Kedingen* & filii mei *Henricus, Willekinus, Hermannus*, nec non *Hermannus de Mercele*, patruus meus, cum filiis suis *Herwardo & Ludolpho*, dicto Monasterio pro natis & nascituris promittimus firmam warandiam in solidum fide data. Et ne a quoquam hominum hoc factum valeat in posterum irritari, Nos prænominati præsentem literam Sigillis nostris firmiter communimus. Datum Anno Domini MCCCLI. Dominica in *Sexagesima*.

VIII.

Hermanni de MERCELE Charta, qua Monasterio in Liliendale vendit decimam domus unius in villa Mercele.

A. 1351.

Universis Christi fidelibus, hanc paginam visuris seu auditoris, *Hermannus de Mercele* Famulus, salutem in Domino sempiternam. Recognosco & tenore præsentium firmiter protestor, quod cum voluntate & consensu filiorum meorum, scilicet *Herwardi, Ludolphi, Johannis, Bernhardi, & Hermanni*, nec non omnium heredum meorum, quorum interest consentire, vendidi *Dominae Gertrudi, Ab-*
ba-

batiffæ, & conventui Monialium in *Liliendale*,
 Ordinis *Cisterciensis*, *Bremensis* Diœcesis, decimam
 unius domus sitam in villa, dicta *Merœle*,
 quam coluit *Jacobus*, dictus *Parvus*, pro octo
 Marcis, *Bremensis* ponderis & argenti, mihi
 plenarie persolutis, cum omni jure & attinen-
 tiis suis, in agris cultis, & incultis per virosque
 Campos, dictos *Geist* & *Mersch*, cum minuta
 decima, ab omni Advocatia seu impetitione
 liberam, justo emtionis titulo in perpetuum
 obtinendam. Dimisique dictæ Abbatisæ &
 Conventui in *Liliendale* prædictæ decimæ pos-
 sessionem, quemadmodum bonorum possessio
 dimitti hætenus est consuetæ. Promittens
 nihilominus in his scriptis præfato Monasterio,
 una cum filiis meis prænominatis & *Johanne de*
Kedinge, pro natis & nascituris *Warandiam*
 inviolabilem, atque justam. In cujus rei te-
 stimonium Sigillum meum & filiorum meorum,
 nec non *Johannis de Kedinge*, pro evidentia
 consensus eorum præsentibus sunt appensa.
 Datum Anno Domini MCCCLI. Dominica in
Sexagesima.

IX.

Johannis de KEDINGE Charta, qua
Monasterio in Liliendale vendit decimam
per duas domus, sitas in Mercele.

A. 1355.

Humanæ memoriæ fragilitas utiliter scriptu-
 ræ testimonio juvatur, ne lapsu tempo-
 ris

ris & subita mutatione mortalium, id quod rationabiliter gestum est, oblivionis nebula obscuretur. Hinc est, quod ego *Johannes* Famulus, dictus de *KEDINGE*, ad notitiam omnium, tam presentium quam futurorum, cupio pervenire, quod de consensu filiorum meorum, scilicet *Henrici*, *Willekini*, & *Hermannii*, nec non omnium heredum meorum, quorum interest consentire, & jure patrimonii possidere, vendidi Dominae *Gertrudi*, Abbatissae & Conventui Monialium in *Lilientale*, Ordinis *Cisterciensis*, *Bremensis* diocesis, decimam nostram per duas domus sitas in villa *Mercele*, quarum unam quondam coluerat *Lesteman*, alteram colui per me ipsum, cum omni pleno jure, ac minuta decima, in aquis, pratis, pascuis, silvis, lignis, agris cultis & incultis per utrosque campos, dictos *Geist* & *Mersch*, pro viginti & octo Marcis *Bremensis* ponderis & argenti, mihi integraliter persolutis, ab omni impetione liberam justo emtionis titulo pro hereditate libera perpetuis temporibus possidendam. Ut autem haec venditio robur firmitatis obtineat, Ego *Johannes de Kedinge* & filii mei, *Henricus*, *Willekinus*, *Hermannus*, nec non *Hermannus* patruus meus, dictus de *Mersele*, cum filiis suis *Gerwardo*, *Ludolpho*, *Johanne*, *Bernhardo* ac *Hermanno*, dicto Monasterio pro natis ac nascituris promittimus firmam *Warandiam* in solidum fide data, renuntiantes simpliciter & expresse omni juri quod

quod nos habuimus haectenus in decima praefata, aut quod in perpetuum poterimus vendicare. In cuius rei perpetuam memoriam praesentem paginam sigillis nostris communi-
mus, ac omnibus, ipsam intuentibus, in evidens testimonium erogamus. Datum Anno Domini Millesimo trecentesimo quinquagesimo quinto. In decollatione *Johannis Baptistae*.

X.

*Arend van MERCELE Revers-Bref
Johan Boleken un siner Housfrowen
gegeven. A. 1468.*

Ick *Arend van MERSELE*, Knappe, unde *Cerstine*, mine echte Housfrowe, unde mine rechte Erven bekennet un betüget openbare in desem Brete, dat *Johan Boleken*, unde sine Housfrowe, unde ere Erven hebbet mit unsen guden Willen den Bref, de unse was, un spreket up ene halve Wuert, de gelegen is tor *Vare*, de uns *Lippold de Monich* gesat heft, de *Wandages Henrikes* was, unde willet eme des Brefes rechte warende wesen, wanne, un wor eme des noth is. Dat betüge ick *Arend van Mersele*, vorgenomet, met minen Ingelegele vor my, un vor min *Wief*, un vor myne Erven, to tuge hangen to desem Brete. Datum Anno Domini

MCCCC. Sexagesimo Octavo. In crastino
annuntiationis *Mariæ* Virginis gloriosæ.

XI.

*Nicolai de STELLE Charta, qua
Bernhardo de Pestorpe & Godescalco de
Wildeshusen, Civibus Bremensibus, vendit
dimidium quadrantem terræ situm in
Horne. A. 1325.*

Ego *Nicolaus*, filius quondam *Nicolai* de
STELLE, Famulus recognosco præsentibus
& protestor, quod cum voluntate & consen-
su omnium heredum meorum vendidi *Bern-
hardo de Pestorpe & Godescalco de Wildeshusen, Ci-
vibus Bremensibus*, & eorum heredibus, pro tre-
decim & dimidia marca, *Bremensis* argenti &
ponderis, mihi plenarie persolutis, dimidium
quadrantem terræ, situm in *Horne*, inter prædia
*Abbatissæ & Conventus Monasterii in Lilien-
dale*, & *Mechtildis*, relicte quondam *Wilbaldi
Senioris, Civis Bremensis*, quem *Martinus*, dictus
Sculteke, ad præsens colit, cum omnibus suis ju-
ribus & pertinentiis obtinendum, eo tamen
pacto, quod Ego & heredes mei, dictum di-
midium quadrantem terræ singulis annis re-
emere poterimus, in quolibet festo *Sancti Petri*
ad *Cathedram*, pro dicta pecuniæ quantitate,
dummodo reemtionis tempus *Bernhardum*,

Gotjcalcum & suos heredes prædictos præscire fecerimus in festo Nativitatis Christi proximo præcedente. Præterea *Arnoldus*, filius Domini *Erponis de Weya*, Militis, una mecum & ego una cum eo, in solidum fide data præstare promissimus dictis emtoribus super præfato dimidio quadrante terræ *Warandiã* firmam, inviolabilem, atque justam. Ita videlicet, si dicti emptores in prænominato dimidio quadrante terræ impedimentum aliquod habuerint, Nos *Nicolaus* & *Arnoldus*, supradicti, infra quindenam proximam, a die quo requisiti fuerimus computandam, Civitatem *Bremensem* intrabimus, ibidemque in solidum non exituri manebimus, donec memoratis emtoribus pro impedimento hujusmodi fuerit plenarie satisfactum. In cujus rei testimonium sigilla nostra præsentibus sunt appensa, & Nos *Henricus*, filius Domini *Thiderici*, *Johannes de Lo*, *Andreas de Wolde*, *Herbertus Dückel*, *Gotfredus Nakede*, *Thidericus Prindeney*, *Berhardus de Dettenhusen*, *Richardus de Motsele*, *Willekinus de Nigenborg*, *Bernhardus Reme*, *Bernhardus Clot*, & *Wilbrandus Ecberti*, Consules in Brema, ad instantiam sæpèdicti *Nicolai de Stelle*, etiam sigillo nostræ Civitatis roboravimus præsens scriptum in evidentiam plenioram. Datum *Breme* Anno Domini Millesimo CCCXXV. In vigilia Beatorum *Petri & Pauli* Apostolorum.

XII.

Hermanni de STELLE Charta, qua Monasterio in Liliendale quosdam agros arabilis terræ in Lesmona obligat pro quinque Marcis Bremens. argenti & ponderis.
A. 1330.

Propter labilitatem humanæ memoriæ ne ea, quæ geruntur in tempore, simul labantur cum tempore, solent acta hominum scripto & testibus perennari. Noverint igitur universaliter singuli, & singulariter universi, quod ego *Hermannus*, dictus de STELLE, Famulus, cum consensu *Elisabeth* uxoris meæ legitimæ, ac omnium heredum meorum præsentium & futurorum, quorum interest jure patrimonii possidere, & de propria beneplacita voluntate, quosdam agros arabilis terræ, videlicet unum campum in *Lesmona*, qui adjacet viæ, quæ dicitur *Haslewech*, Abbatissæ & Conventui Cœnobii in valle Liliorum obligavi pro quinque Marcis, *Bremensis* argenti & ponderis, tali videlicet interposita conditione, quod Abbatissa & Conventus, aut Provisor earum, annuatim de tali summa pecuniæ dimidium fertonem diffalcabuntur. Cæterum venit in conditionem, quod quodocunque *Hermannus*, dictus de *Stelle*, Famulus, aut sui heredes legitimi, præsentis & posteris,
di

dictum campum, cum agris prætaxatis & omnibus juribus suis, in Cathedra beati *Petri* redimere decreverint, ex tunc eandem solutionem seu redemptionem dictorum agrorum, infra festum Nativitatis Christi & Epiphaniam Domini, dictæ Abbatissæ & Conventui in *Liliendale* intimare debent, & tenentur, & deinde redimere possunt pecunia pro eadem. Acta sunt hæc præsentibus viris honestis *Johanne & Martino*, Fratribus, dictis de *Huda*, *Johanne & Henrico* Famulis, dictis de *Stelle*, & aliis quam pluribus fide dignis. Ad cujus evidentiam sigillum meum duxi præsentibus apponendum in robur & testimonium omnium præmissorum. Datum Anno Domini **MCCCXXX**, die Dominica post Epiphaniam Domini.

XIII.

Hermannii de *STELLE* Charta venditionis super unam partem terre in Campo Lesmonensi. A. 1330.

Quia gestis hominum multa suboriri solet calumnia, nisi lingua testium robur adhibeat, & a scripturæ memoria recipiant firmitamentum; Ego *Hermannus*, dictus de *STELLE*, notum duxi facere omnibus, præsentia visuris vel auditoris, firmiter protestando,

quod de voluntate & consensu *Elisabeth*, uxoris
meæ, & *Henrici*, fratris mei, insuper & *Ar-*
noldi, dicti de *Weye*, Famuli, nec non *Erponis* &
Hermanni filiorum ipsius, ac omnium, quorum
interest consentire, vendidi justo emtionis
titulo Dominae Abbatisse & Conventui San-
ctimonialium in *Liliendale*, Ordinis *Cisterciensis*,
Bremensis diocesis, unam partem terræ, quæ
vulgariter dicitur *Camp*, in campo *Lesmonensi*,
qui situs est inter locum, qui dicitur *Ruschedale*,
& domum, dictam *Oldenburstede*, cum omnibus
appendiciis suis, aquis scilicet, pascuis, pratis,
silvis, campis, agris cultis & incultis, nec
non cum omni jure, sicut ego & uxor mea
hactenus possedimus, liberam etiam ab omni
Advocatia, pro viginti quatuor Marcis, *Bremensis*
ponderis & Argenti, quas mihi recognosco in-
tegraliter persolutas. Præterea renuncio omni
actioni juris, quæ me & meos heredes com-
petere posset contra præfatum Monasterium
de venditione partis terræ prænotatæ, ut a
prædictis Monialibus perpetuis temporibus pa-
cifice possideatur & quiete. Testes hujus no-
stri contractus sunt *Lippoldus de Brema*, *Luderus*
de Huda, *Johannes* & *Luderus*, fratres, dicti de *Scho-*
nebeke, Milites, & alii quam plures fide digni,
In cujus rei Testimonium ego *Hermannus* & *Hen-*
ricus, frater meus, nec non *Arnoldus de Weye* pro
suis filiis, nostra sigilla præsentis scripto duximus
apponenda. Datum Anno Dmni. MCCCXXX
Dominica proxima post octavam Pentecostes.

XIV.

Henricus de STELLE vendit Monasterio in Liliendale decimam duarum peciarum in Stellerbroke sitarum, cum minutis decimis, quæ Ochtum dicuntur.

A. 1333.

Necessarium arbitror ad notitiam deducere posterorum ea, quæ in tempore aguntur, ne oblivionis caligine obfuscentur. Hinc est, quod ego *Henricus de STELLE*, Famulus, notum facere duxi universaliter singulis, & singulariter universis, tenore præsentium firmiter protestando, quod accedente voluntate, beneplacito & consensu *Johannis de Stelle*, fratris mei, nec non omnium heredum meorum, quorum interest jure patrimonium meum possidere, vendidi Venerabili Dominæ *Abbatissæ*, & *Conventui Monialium*, Monasterii in *Liliendale*, Ordinis *Cisterciensis*, decimam duarum peciarum, quæ vulgariter dicuntur *Stucke*, in *Campo Stellerbroke* sitarum, juxta parvum aquæductum, qui dicitur *Gruppe*, nec non decimam unius quadrantis, dicti *Verdendel*, quem nunc colit *Gerardus*, dictus *Reme*, siti in *Campo Hoffschlage*, cum suis minutis decimis, quæ *Ochtum* dicuntur, ac omni jure, quod hætenus in ea habui libere, & possedi, pro sedecim Marcis, *Bremensis* ponderis & argenti, mihi ad placitum totaliter persolutis, jure

hereditario perpetuis temporibus obtinendas, ac justæ emtionis titulo possidendas ; renuntians penitus omnibus exceptionibus juris & facti, per quas dicta emtio dictarum decimarum, & legitimus contractus impediri poterit quomodolibet vel infringi. Et ne de hac mea venditione, & prædictarum Monialium emtione, aliqua ipsorum Monasterio calumnia oriatur, sigillo meo, ac sigillo, *Johannis* fratris mei prædicti, nec non *Alberni & Thiderici* fratrum, natorum quandam Domini *Thiderici de Stelle* Militis, patru mei, Sigillis duxi præsentem literam firmiter roborandam. Et nos *Johannes de Stelle, Albernus & Thidericus de Stelle*, Famuli prædicti, nostra sigilla, una cum sigillo dicti *Henrici de Stelle*, in evidentiam voluntatis nostræ & consensus, ac testimonium omnium præmissorum præsentibus literis duximus appendenda. Datum Anno Domini MCCCXXX, tertio, crastino die beati *Matthie* Apostoli, præsentibus discretis viris Dominis *Gotfrido de Stelle*, ac *Christiano*, dicto *Scencke* Militibus, *Johanne* prædicto, *Alberno*, *Hermano & Frederico de Stelle*, Famulis & aliis quam pluribus fide dignis.

XV.

Henrici & Johannis *de STELLE Char-*
ta, qua Monasterio in Liliendale vendunt
bona quaedam Nicolai de Stelle sita
in Stelle. A. 1336.

Universis præsentem paginam inspecturis,
 seu auditoris, *Henricus & Johannes de STEL-*
LE fratres, nec non *Johannes & Christianus,*
 filii, dicti *Johannis de Stelle* Famuli, salutem,
 & rei hujus cognoscere veritatem. Tenore
 præsentium recognoscimus & publice prote-
 stamur, quod de consensu & voluntate *Al-*
berni & Thiderici fratrum *de Stelle*, natorum
 quondam Domini *Thiderici* Militis, & omnium
 heredum nostrorum, quorum interest, vel
 intererit, venerabili Dominæ *Elisabeth*, Abba-
 tissæ, totique Conventui Monasterii, scilicet
Marie in Liliendale, Ordinis *Cisterciensis*, vendi-
 dimus decimam unius quadrantis terræ *Nicolai*
de Stelle, sitæ in *Stelle*, quæ *Verdendel* dicitur,
 ac decimam unius frusti terræ ejusdem *Nicolai*,
 quod *Stucke* dicitur, situm in *Stusse*, nec non
 decimam unius quadrantis terræ *Hermanni*
Bogher, quæ dicitur *Verdendel* in *Stelle*, quem
Buyert colere denoscitur, in utrisque campis
 & agris, qui dicuntur *Gest*, & *Mersch*, ac mi-
 nutam decimam unius areæ & domus spectan-
 tes ad dictum quadrantem terræ *Hermanni*
Bogher, cum universis, juribus & pertinentiis
 suis

fuis per agros cultos vel incultos , sicut no-
stræ fuerunt , pro viginti octo marcis & dimi-
dia, *Bremensis* argenti & ponderis, nobis totali-
ter persolutis, justæ emtionis & legitimi con-
tractus titulo in perpetuum obtinendas. Et
dimisimus dictæ *Abbatissæ* & *Conventui* in
Liliendale dictas decimas, dictorum quadrantum
& frusti terræ , ac decimam minutam dictæ
aræ , observata debita juris solennitate, quæ
observari solet in hujusmodi bonis , libere
possidendas , & promittimus in his scriptis
dictæ *Abbatissæ* & *Conventui* ac singulis per-
sonis dicti *Conventus*, facere & præstare di-
ctarum decimarum plenam *Warandiam* in-
violabilem atque justam. Renuntiantes in
his scriptis omnibus exceptionibus juris vel
facti, per quas dicta emtio impediri poterit vel
infringi. In cujus rei testimonium *Sigilla* no-
stra, una cum *Sigillis* dictorum *Alberni* & *Thi-
derici*, fratrum de *Stelle*, per consensum eorum
duximus præsentibus apponenda. Testes hujus
rei sunt *Domini Thidericus de Oumunde* , & *Got-
fridus de Stelle* Milites & alii quam plures fide
digni. Datum Anno Domini *MCCCXXXVI*.
Dominica proxima ante Festum *Beatorum*
Philippi & Jacobi Apostolorum.

XVI.

Nicolai de STELLE Charta, qua Johanni Punt vendit ac dimittit dimidium quadrantem terræ situm in Horna.

A. 1345.

Ego Nicolaus, dictus de STELLE, Famulus & uxor mea Berta, publice recognoscimus, & tenore præsentium firmiter protestamur, quod nos, cum voluntate & consensu omnium heredum nostrorum, vendidimus & dimisimus Johanni, dicto Punt, Civi Bremensi & suis veris heredibus, pro triginta una marcis Bremens. argenti & ponderis, nobis integraliter persolutis, dimidium quadrantem terræ situm in Horna, juxta prædia & bona Monasterii Monialium in Liliendale, versus aquilonem, pro bonis liberis cum omnibus suis juribus & pertinentiis justæ emtionis titulo liberaliter obtinendum. Cæterum honesti viri Henricus, dictus de Stelle, patruus meus, Johannes de Horsebe, frater ejusdem Henrici, Henricus & Ernestus, fratres, dicti Frisones, una mecum, & ego una cum eis, in solidum fide data promisimus, & in his scriptis promittimus, dictis Johanni Punt & suis hæredibus, super dicto quadrante, pronatis & nascituris præstare warandiam firmam inviolabilem atque justam. Ita videlicet, si dicti Johannes Punt & sui heredes in prænomi-

T t


nato

610 MONUMENTA INEDITA &c.

nato dimidio quadrante terræ & suis pertinentiis defectum aut impedimentum aliquod de me vel de meis veris heredibus habuerint, Ego & confidejussores mei prædicti, dum requisiti fuerimus, Civitatem *Bremensem* intrabimus, ibique in solidum non exituri manebimus, donec supradictis *Jobanni Punt*, & suis hæredibus, pro defectu & impedimento hujusmodi per Nos fuit plenarie satisfactum. In cujus rei testimonium Sigillum meum præsentibus appensum est. Et Nos *Henricus*, dictus *de Stelle*, *Johannes de Horsebe*, *Henricus* & *Ernestus* fratres, dicti *Frisones*, prædicti, in evidens promissionis per Nos factæ, ac omnium præmissorum testimonium, etiam Sigilla nostra præsentibus appendende jussimus. Datum Anno Dni, **MCCCXLV.** in oetava Epiphaniæ Domini nostri *Jesu Christi*.



Register



Register der merkwürdigsten Sachen.

(Dem geneigten Leser dienet zur Nachricht, daß hin-
künftig der Fortsetzung dieses Werkes noch ein dreifas-
ches brauchbares Register soll beigefüget werden. I. Vo-
cabulorum Barbarorum, obsoletorum, & exoticorum. II.
Pagorum, Urbium, Oppidorum, Villarum, Montium, Flu-
viorum &c. III. Personarum & Familiarum.)

A.

Ablasß-Brief für die Kirche zu Disselhöveden	323
Adeliche ausgestorbene Geschlechter des Erz-Stifts Bremen	584. u. f.
Altar, super Altare, geschahen ehedessen die dona- tiones.	36
Alt-Kloster bei Burtebude , wan und von wem es fundiret worden.	247

B.

Barsum, Bersen , das Stift. Dahingehörige und die Historie desselben erläuternde Urkunden.	29. 35. 41. 49. 50. 66. 74. 79. 88. 90. 101. 103. 506. 507. 519. 523.
Beckeshövede . Daselbst wird A. 1202. die Kir- che fundiret.	7. 24.
Bizantinus , was es für eine Münze gewesen	153
Bremen , der Rath daselbst, wie er A. 1325. besetzt gewesen. 601. In der Dom-Kirche zu Bremen fun- diret Godescalc, Friso, einen Altar	512
von Bremen . Eine Adelige Familie beschenkt das Kloster Liliental mit Gütern	534

Bruchhausen. Der Grafen von Bruchhausen Urkunden	58. u. f.
von dem Busch. Wilhelm von dem Busch ist Pfand; Inhaber von Wilderhusen	439
Buxtehude. Das Kloster bei Buxtehude, wann und von wem es fundiret	247

C.

von Clävern. Eine Adelige Familie, von welcher einige Urkunden sich finden	5. 35. u. f. 240. 241
--	-----------------------

D.

Denarii graves Bremenles.	98
Desum; von der Goh-Grasschaft auf dem <i>Desum</i>	434. u. f.
Domicellus; wer ehedessen so genannt worden.	506
(Comitum Alii secundo geniti Domicelli vocabantur v. J. P. a LVDEWIG differentie Juris R. & G. de Senatoribus & Consulibus, p. 50.)	
Dötelingen; von den Zehenden daselbst.	26. u. f.
die Düvel, eine ausgestorbene Adelige Familie.	585
Eine Urkunde dieser Familie.	589
von Duvenworth, eine ausgestorbene Adelige Familie.	585
Ein Verkaufsbrief dieser Familie über ihre Güter in Lesmon.	590

E.

von Escherden; Nachricht von diesem Adelichen Geschlechte.	85
Drei Urkunden dieser Familie.	95. u. f.

F.

Flebotomia Præbenda, was sie gewesen.	174
die Fresen, ein Adeliges Geschlecht.	86
Einige derselben nennen sich die Corn-Fresen.	87
IV. Urkunden dieser Familie.	97. u. f.

	<i>Frigethinc</i> , was es sey.	37
u. f.	Godefridus Friso hat in der Dom-Kirche zu Bremen einen Altar fundiret.	512
439	Hartwicus II. Erz-Bischof in Bremen. 2. u. f. War Cansler bei Herz. Sincich den Löwen. 4. Men-	
247	net sich Vtledentem. 4. Wann er gestorben. 8. Von ihm sind III. gedruckte Urkunden vorhanden. 2. Welchen VIII. bisher ungedruckte beigefüget werden.	3. u. f. II. u. f.
241	Hasfeld, Harsfeld, ein reiches Kloster und Erz-Abtei im Stift Bremen. 106. Dessen mannigfaltige Benennungen ib. Wird von einigen vermengt mit der Hersfeldischen Abtei in Hessen. 107. Ein Chronicon von diesem Kloster. 105. u. f. Ein Register der Erz-Abte, die es regieret haben. 113.	u. f. 236.
98		
u. f.		
506		
	Heer-Gewette in Verden.	277. u. f.
	in Wildeshusen.	494. u. f.
u. f.	Henrich der Löwe. Eine Urkunde dieses Herzogs von 1171.	9
585		
589	Hilgenrode, ein zur Bremischen Kirche gehöriges Kloster, von dessen Foundation und Einkünften.	12. u. f.
585	Dabin gehörige Urkunden. 16. 18. 27. 42. 44. 47. 55. 61. u. f. 77. 89. u. f. 97. 102. 508. u. f. 520. u. f.	
590	Joh. Henr. Sinäbers Diplomatische Nachrichten von Wildeshusen. 397. u. f. Nachricht von dem Heer-Gewette in Wildeshusen.	494. u. f.
	Hodensagen und Hoderberg, ob es eine Familie? 83. 84	
85	Zwei Urkunden von Henr. von Hoderberg.	92. 93.
u. f.	Hollandricum jus, was es gewesen.	6 10. 22
	von Honhorsten, führen den Beinamen die Düvel.	585
	von Horn, eine Adelige Familie.	539. u. f.
174	von Hoya und Bruchusen. Nachrichten von diesen ausgestorbenen Grafen. 58 XIII. bisher ungedruckte Urkunden dieser Grafen.	59. u. f.
86		
87	von der Hude, eine Adelige Familie.	543. u. f.
u. f.	Hühner, Zins-Hühner, Goh-Hühner etc.	521

I.

Interim. Caroli V. Schreiben, betreffend die Einführung des Interims in Verden. 329

K.

von Kedingen, heissen auch von Mercele, oder Marsel. 586
Urkunden dieser Adlichen Familie. 591. u. f.

L.

Liliendal, ein Kloster im Stifte Bremen, deren Urkunden zu finden 40. 46. 52. 75. 94. u. f. 252. 550. u. f.
auch sonst hin und wieder.
von Luneberge, eine Adliche Familie. 550. u. f.

M.

Malegarden, ein Kloster, davon ein Brief. 53
Malsold, eine Art Zinse. 13
Marschalcken. Eine Urkunde von Erich Marschalck. 568. u. f.
Marsel oder Mercele, eine ausgestorbene Adliche Familie. 586. VII. Urkunden dieser Familie. 581. u. f.

N.

Neu-Kloster, wird von Joh. Schulten fundiret. 258
von der Lübb, oder Neuen-Kirchen, verleget nach Dreden-Befe. 266
Dahin gehörige Urkunden. 258. 261. 264. u. f.

O.

Ochtum est decima minuta.
Oldenburgischer Grafen Genealogie lieget noch in vieler Dunkelheit. 32. XIV. Diplomata derselben 32. u. f. noch XIV. 502. u. f.

P.

Joach. Penzen unruhige Handel im Erz-Stift Bremen/sonderlich in der Erz-Abtei Harsfeld. 210-236

R.

Rosenfelde, woher es seinen Namen.
bes. Sarsfeld. 136.

S.

Schulten. Eine Adelige Familie fundiret das
Neue Kloster. 258

Stade. Das Marien-Kloster daselbst A. 1147. ge-
stiftet. 128. dahin gehörige Urkunde. 142

von Stelle, ein ausgestorbenes Adeliges Geschlecht
hat ehedessen viele Güter im Erz-Stift Bremen
besessen. ib. VI. Urkunden dieser Adelichen
Familie. 587

von Siendorpe, ein Adeliges Geschlecht. 600. u. f.

Eine Urkunde von ihnen. 86

Nic. Störtebeker und Godeke Michelken, be-
rühmte See-Räuber. 242. wo sie ihren Sitz und
Raub-Nest gehabt. 243. Wapen 243

von Strole, die Grafen sind nahe verwand mit den
Oldenburgischen 83. Urkunden von Graf Jo-
hann 91. 588. Urkunden von Graf Gerbert 388. u. f.

T.

Turonenses antiqui denarii. 98

V.

Vare, was es sey. 6. 23

Verden. Verdische Urkunden sind selten. 238.

Historie will Joh. Henr. Büner schreiben. ib.
XXXIX. Urkunden. 239. u. f. Dat olde Verdische
Stadt-Boek. 276. Glossmata darüber. 284 u. f.

Reformation daselbst 244. Einführung des In-
terims. 329. Wird gefordert auf den Reichs-
tag. 361. zur Friedens-Handlung nach Münster.

245. 364. Nachricht von der Dom-Schule da-
selbst. 348. u. f. Privilegien der Stadt. 254.

299. 322 325. 334 339. 343. Verbündniß mit
dem Herz. von Braunschweig. 310. 318. mit dem
Bischof und Capitel. 320. Directorium in Verden-
sia, quæ extant, diplomata. 367 — 384

367 — 384

367 — 384

von-

616 Register der merkwürdigsten Sachen.


von Verden, eine ehedessen ansehnliche Familie in Bremen.	512
Disselbörden, Ablass, Brief der Kirchen daselbst gegeben.	323. u. f.
Vogelschat genus census.	158
Walberti Begräbniß in Wildeshusen.	410
von Wasaburg, Graf, besizet Wildeshusen.	447
von Wersebe; einige Urkunden dieses Adelichen Geschlechtes 570. u. f. Herman wird von den Friesen erschlagen.	576
von Weye; ein Verkauf Brief Arnoldi de Weye.	581
die Wingste wird an Johan Roden verkauft.	531. 565
Wildeshusen. J. H. Staube's Nachrichten von Wildeshusen. 397. u. f. Alter Zustand, ehe es dem Erzstift Bremen einverleibet worden 400. u. f. woher es seinen Namen 401. Fundations-Brief. 407. Präpositus daselbst. 414. kommt an Bremen. 417. Zustand unter Bremischer Regierung 421. u. f. Privilegia, 421. wird secularisiret. 427. öfters verpfändet 430. u. f. verstorret 440 u. f. gebrandschaget von den Oldenburgern. 442. Kommt an Hannover 449.	
XI. Ungedruckte Urkunden	458. u. f.
von der Worspe, ausgestorbene Grafen. 82. Besitzen viele Güter im Erzstift Bremen. 82.	
III, ungedruckte Urkunden von ihnen 88. u. f. 387. u. f.	





12
l. f.
58
10
47


76
81
65

l. f.
l. f.









Brem.c.16a

I. VOGTII
MONUMENTA
INEDITA

TOM. I.